uaces ſperāt in di
rebus. non ſic ego
oliua q̄ omni tēpe
fera bōis opibus
in eccl'a ſancta dei
ricordia dei q̄ du
rnū et in ſeculū
ebor tibi ꝓfeſſiōe
ꝛ fecūti ñ ex meri
ꝯicordia tua ipſa
um oliua fructifera

ſen. Iſaiat. ii eſt aliquis ex illis
intelligens vera cognitōe deum
aut recta opatōe requirens deū.
Omnes filii boim á .ſ. nepbariis
ſuaſionib⁹ excecantur oēs decli-
nauerūt a rectitudie iuſticie hinc
inepti facti ſunt ad ꝙſecutōnez vite
eterne ñ de numero illoꝝ icredulorꝝ
eſt qui faciat bonū meritorium
vſqz ad vnuz. Nonne cogno
ſcēt ſe impie agere iſti qui opan
tur iniquitatez vtiqz cognoſcēt
penaꝝ erpimento. á fideles dñi la

ualuit in ma cia
ꝛ tot fideles deci
etur. ⁊ ido merito
dicta descendet.
ona fidel' popli ait
uaces sperāt in di
rebus. non sic ego
oliua q̄ omni tēpe
fera bōis opibus
in eccl'a sancta dei
ricordia dei q̄ du
rnū et in seculū
ebor tibi ꝓfessiōe
ꝫ fecūti ñ ex meri
misericordia tua ipsa
um oliua fructifera

Pro exāminānda vitate. Domi
nꝰ p scōs viros celestes q̄ examina
tores vitatis faciet. ꝓspicere sup
filios hominū: vt videri siue
sciri faciat si est aliquis ex illis
intelligens vera cognitōe deum
aut recta opatōe requirens deū.
Omnes filii boim q̄ .s. nepbariis
psuasionibꝰ excecantur oēs decli-
nauerūt a rectitudie iusticie hinc
inepti facti sunt ad ꝓsecutōnez vite
eterne ñ de numero illoꝝ icredulorꝝ
est qui faciat bonū meritorium
vsqz ad vnuz. Nonne cognos
cēt se impie agere isti qui opan
tur iniquitatez vtiqz cognoscēt
penaꝝ erpimento. ā fideles dñi la

Quis dabit ex sion ex gēte nr̄a
iudcox salutem israel: nullꝰ nisi
iste qđ negastis esse deū iste solꝰ da
bit q̄ cū auerterit.i. prsus amouē
rit captiuitatem oēs fideles a pa
diso exules. et q̄ captiui bñtur i die
iudicii ad beatā patriā reducet ex
ultabit iacob id est credentes iu/
dei et letabitur israel id ē omnes
qui mente vident deum.

¶ Psalmus. LIII. in quo do
cetur vir iustus in aduersis
laudare deū.

¶ Orat prophēta in persona
viri iusti dicens.

eus in nomi

quoniam suscepti
etiā si caro mea pi
tps. Auerte mal
meis aduersuz m
vtute tua dispd
pficere q̄ cogitauer

Ego vero ne ingr
luntarie sacrifi
tatē bone mentis t
confitebor nom
laudis qm̄ bonuz
melius inuenio. illī
deū inestimabile bo
sancta reficit ⁊ mū
tas effugatur.
nomini tuo. Quon

BARPTO-

LOMAEI COCLI-

TIS BONONIENSIS,
naturalis Philosophiæ ac Medi-
cinæ Doctoris, Physiogno-
miæ & Chiromantiæ
Compendium.

V. 9.

ARGENTORATI,
ANNO
M. D. LI.

ELB... GYMN... GRUBE...

ELBLĄSKA BIBLIOTEKA
255
06.6.II.614

PHYSIOGNOMIA SCIENTIA prorsus regia, qua mores hominum cõiecturis extrarijs plane solent innotescere. Siquidem uultus proditor est animi incessus, cor ipsum nudat, & uoces, autore Aristotele, notæ sunt interiorum cogitationũ, quæ omuia sub Physiognomica ueritate cõtinentur Lutius Silla, Cæsar dictator, duce hoc naturali iudicio mores aduersarios suo uulpe latẽtes (ut canit Horatius) non semel exacte deprehenderunt. Plautus quoq; nitoris comici parens, leones aut facinorosos homines uberi sermone delinians, corporeis signis infamibus, infames esse significare contenditur. Præterea uates epigrammaticus naturę se nõ penitus ignarum professus est, cum Zoylum hominem pessimũ, pessimis corporis mendis nota satyrica perstrinxit. Idcirco academici ac peripatetici testantur philosophi, animã nostrã corporis habitum sequi, quorum omnium peritissimus Plato in sua physiognomia scribit his uerbis. Homo qui membra habet similia alicui animali, illius sequitur naturam, ut qui nasum aquilinum, moribus aquilinis uiuit, hoc est, magnanimitate, crudelitate & rapacitate. Qui uero uultũ sicut canes Hispani habent, tales iracundi & loquaces iudicantur a metopostopis. Exẽplificat præterea de pluribus

alijs animalibus, quæ hic breuitatis gratia emittuntur. Est igitur Physiognomia scientia passionum animę naturalium, corporisq; accidentiũ, habitum uicissim permutantium utriusq;. Versatur igitur circa duo, complexionem scilicet & compositionem humani corporis, quæ per exteriora signa, utpote colorem, staturam, mores membrorũ, figurationes ea quæ intrinseci sunt hominis, manifeste propalant. Dimissa igitur protelatione uerborũ, paruulo hoc epitomate quisq; magna, sparsim hinc inde in multis antiquorum uoluminibus tradita, facillime comparabit.

DE SIGNIS CORPORVM SANORUM & ægrorum, ex parte quatuor complexionum.

SIGNA

SIGNA CORPORIS CALIdæ complexionis CAP. I

COrpora naturaliter calida, cito creſcunt & bene, ut patet in infãtibus, ac impinguãt, & deſiccãtur, uenę apparẽt ſibi per loca, anhelitus eorũ eſt manifeſtus, uox firma, fortis & groſſa, in coitu ſunt fortia, & plurimũ appetiua, bene comedũt, & digerunt, ac geſtant, multis abundant capillis & pilis per loca, qui partim ſunt groſſi & ericij, quod cõtigit a multo calore cordis, ut patet in leone & gallo.

SIGNA CORPORIS FRIgidæ complexionis. CAP. II.

COrpora naturaliter frigida, tarde creſcũt, parum impinguantur, uenæ apparent ſibi manifeſte & magnæ, anhelitus eorũ paruus, uel quaſi abſcõditus, uox in auditu ſubtilis, uel acuta, in coitu ſunt debilia, & raro eorũ appetitiua, parum comedunt, male digerunt & geſtant, in pelle ſunt alba, ſiue roſea colore. Capilli eorum ſunt extẽſi et longi, ſiue ſint nigri ſiue albi, & ſunt ſubtiles, facile timent & expaueſcunt, & ad laborandum ſunt debilia.

SIGNA CORPORIS HVmidæ complexionis. Cap. III.

COrpora naturaliter humida, in carne ſunt mollia & leuia, eorum iunctuę ſunt occul

tæ & paucæ fortitudinis, unde parum possunt durare laborem. Timida sunt & pauida quasi ex omni, male dormiunt, sæpe mouentur ad luxuriam. Nuda sunt pilis, eorum oculi sæpe lachrymant, pili & capilli eorum sunt extensi & subtiles, & boni ingenij ad discendum.

SIENA CORPORIS SICcæ complexionis. Cap. IIII.

CCorpora naturaliter sicca in tactu sentiuntur aspera, in carne macra sunt, in labore fortia & durabilia, libenter & cõuenienter comedunt, iuncturæ membrorũ sibi sunt manifestæ. Capilli & pili sibi sunt grossi, asperi et crispi.

SIGNA CORPORIS TEMperati & sani. Cap. V.

Corpora

CORpora temperata & ſana, bene comedunt & bibunt, iuxta cõuenientiam ſui digerunt & diſponunt, res ei ſapiunt bonæ, fameſcunt in horis conuenientibus, gaudent cum gaudentibus, bene dormiunt ſuos ſomnos, ſe leuia ſentiunt, & uadunt leuiter. Cito ſudant, raro uel nunquã ſternutant, mediocriter impinguantur, in facie ſunt colorata, in tactu ſunt calida, in eis quinque uigent ſenſus conuenienter iuxta conuenientiam ætatis, corporis & horæ.

SIGNA CORPORIS DISTEMperati, & male ſani. Cap. VI.

CORpora diſtemperata & male ſana, in omnibus ſunt diſſimilia corporibus temperatis, & bene ſanis. Vnde male comedunt, non curant bibere, male digerunt & diſponunt, res eis

non bene ſapiunt, in horis conuenientibus, nō ſe plene tribuunt gaudentibus, immo quaſi triſtificantur, & manēt triſtes, male dormiunt ſuos ſomnos, graues ſe ſentiunt, & grauiter uadunt, et raro ſudant, uel non ſudant, oſſitant ſæpe, uel ſternutant, brachia extendunt, in facie ſunt pallida, uel nimis colorata, quinq; ſenſus male uigēt, nō poſſūt diu ſufferre laborē, cito rerū obliuiſcūtur, multū ſputāt, in narib. eis abundāt ſuperfluitates, q̄ſi ad oīa ſunt pingues carnes, cōflant ut naſum, & qñq; pedes, manus & oculi lachrymant.

DE CAPILLIS. Cap. VII.

Capilli

CApilli plani & extenſi, & in colore albi, uel blundi, ſi ſint ſubtiles & molles, ſignificant hominẽ naturaliter timidum corde, debilem uiribus, pacificum in ſocietatibus, ubicꝫ conuenientem & manſuetum.

Capilli groſſi & ericij, ac breues, ſignificant hominem naturaliter fortem, ſecurum, audacem, inquietũ, uanum, ſæpe fallacem, cupidum pulchrorum, & plus ſimplicem quam ſapientem, licet fortuna ei faueat.

Cuius capilli ſunt multum criſpi, ſignificant hominem duri ingenij, aut multæ ſimplicitatis, ſiue utrunꝫ &c.

Cuius capilli ſunt multi ſuper tempora faciei, & ſuper frõtem, quibus frons ualet iudicari pilo ſa, ſignificant hominem ſimplicem, uanum, luxurioſum, cito credentem alteri, in moribus &

loquela ruſticalem,& groſſi ingenij.

Cuius capilli ſunt multum ericij, & eleuati, & cæſareæ ex ſua tortuoſitate, ſignificant hominẽ ualde ſimplicem, audacem,ſuperbum, duræ capacitatis, uelocis iræ, mendacem,luxurioſum, malicioſum,in malo præſumptuoſum.

Cuius capilli in angulo frontis ſunt ualde ericij,& omnes eleuati,uel partim ex eis, ſitq; frons calua,ſignificãt hominem ſimplicem, & partim malicioſum cum ſagacitate modorum.

Cuius capilli ſunt multi,id eſt ſpiſſi per totum caput,ſignificant hominem luxurioſum, & bonæ digeſtionis,uanum, uelocis crudelitatis, pigrum in agendis,mali memoriæ,cupidum multorum,ac infortunatum.

Cuius capilli ſunt rubei, ſignificant hominem inuidum,uenenoſum,fallacem,ſuperbũ, & maliloquum.

Cuius capilli ſunt ualde blundi,ſignificant hominem conuenientem ad omnia, amantem honorem,& uanam gloriam habentem.

Cuius capilli ſunt ualde nigri,ſignificant hominẽ conuenientem ad omnia, plus ad bonum quam ad malum,in officio & opere ſtudioſum, ſecretum,fidelem,& non bene fortunatum.

Cuius capilli ſunt quaſi albi,uel glauci,ſignificant hominem bonæ conditionis,& conueniẽtem ad omnia, timidũ, uerecundũ,debilem,

boni

boni ingenij, tenere capacitatis, duram ac crudelem fortunam habentem.

Cuius capilli sunt mediocres in quantitate & colore, significant hominem conuenientem, & plus tendentē ad bonū quā ad malum, amantē uitam pacificam, mundiciam & bonos mores.

Cuius capilli tempore iuuentutis sunt cani & calui, significant hominem mouentē sæpe ad luxuriam, uanū, audacem, instabilem, loquacem.

DE FRONTE. Cap. VIII.

FRons multum eleuata in rotundum, significant hominem liberalem amicis & notis, lætum, boni intellectus, alteri tractabilem, & multis gratijs uirtuosum.

Cuius frons est plana pelle & osse, & non con

tinens rugas, significat hominem de facili litigan
tē, uanū, fallacem, plus simplicem quā sapientē.

Cuius frons est nimis parua ex omni parte, si
gnificat hominem simplicem, cito irascibilem,
facilis crudelitatis, cupidum rerum pulchra
rum, curialem.

Cuius frons est bene rotunda in angulis tem
porum, ut ossa quasi appareant, & nuda pilis, si
gnificat hominem boni ingenij, & clari intelle
ctus, multæ audaciæ, in malo magnanimum,
cupidum pulchrorum mundanorū et honoris.

Cuius frons est cuspida in angulis temporū,
ut ossa quasi foris permaneant, significat homi
nem uanū & instabilem, in omnibus debilem,
simplicem & tenere capacitatis.

Cuius frons est in temporibus quasi conflata
grossi

groſſitudine carnis, ſcilicet, quod habeat maxillas carne plenas, ſignificat hominem multi animi, ſuperbum, iracundum, & groſſi ingenij.

Cuius frons eſt rugoſa, & decliuis a medio, ut ſit quaſi duplex in facie naſi, ſiue habeat uallem ſiue non, ſignificat hominem ſimplicem, magnanimum, magni ingenij, & crudelis fortunæ.

Cuius frõs eſt magna ex omni parte, & aliquãtulũ rotũda ubicq;, ac nuda pilis, uel calua parũ, uel ſatis, ſignificat hominẽ audacẽ, boni ingenij, & intellectus, ſagacẽ, malicioſum, magnanimũ, magnę iræ nõ bene legalẽ, & ideo facile mẽdacẽ.

Cuius frons eſt ualde longa & alta in rotundum, ita quod facies uerſus mentum ſit figurata in acutum, ſignificat hominem ſimplicem, debilem, conuenienter legalem, & crudelis fortunæ.

DE CILIIS. Cap. IX.

CIlia artuata multum, & quæ frequẽti motu eleuãtur in altum, significant hominem superbũ, animosum, uana glorioſum, audacẽ, minacẽ, cupidũ pulchrorũ, & cõuenientẽ ad utraq;.

Cuius cilia sunt deorsum declinata, cum alteri loquitur uel alterum intuetur, quasi latenter sub eis, significant hominem ualde malicioſum, uel fallacem, mendacem, proditorem, tenacem, pigrum, secretum, pauciloquum.

Cuius cilia sunt rara a pilis, significant hominem simplicem, uanum, debilem, cito crudelẽ, & in societate satis conuenientem.

Cuius cilia sunt naturaliter plicata deorsum, ut quasi sint crispa, significant hominem inuerecundum, pigrum, suspicioſum, tenacem, inuidũ, & in multis facile seductorem.

Cuius cilia sunt ualde breuia, & in colore alba uel blũda, significant hominem quasi ad omnia conuenientem, debilem, timidum, facile, ac cito alteri credentem & conuertibilem.

DE INTERCILIIS. Cap. X.

INtercilia significãt hominẽ tenacẽ, inuidũ, secretũ, sagacẽ, ualde cupidũ pulchrorũ, uanæ fortunæ, & plus crudelis quam delectabilis.

Cuius intercilia sunt longa ualde, significant hominem aliquantulum duræ capacitatis, subtilis intellectus, magnæ audaciæ, multæ fidelitatis, & amicitiæ claræ & perfectæ.

DE

COMPENDIVM.
DE OCVLIS. Cap. XI.

OCuli magni, id est grossi, & multæ apparitionis, significant hominem frequenter pigrum, quandoq; audacem, inuidum, partim uerecundum, & partim non secretum, conuenientem, tenacem, uanum, leuiter mendacem, magnæ iræ, malæ memoriæ, grossi ingenij, & parui intellectus, & minus sapientem quam se reputet scire.

Cuius oculi sunt in capite quasi absconsi, id est concaui intus & longinqui uisus, significant hominem suspitiosum, malitiosum, magnæ iræ, peruersi moris, ualde memorem, audacum, crudelem, facile mendacem, minacem, uitiosum luxuriosum, superbum, inuidum & seductorem.

Cuius oculi foris ualde præeminent, signifi-

cant hominem ſimplicem, aut ſtultum, parum uerecundum, aliquantulum largum, facile ſeruitialem, groſſi intellectus & ingenij, cito conuertibilem ad utrunq;.

Cuius oculi acute intuẽtur, & ſtudioſe ciliis declinatis, ſignificãt hominẽ malitioſum, & multoties ſeductorem, falſariũ, ſæpe mendacẽ, inuidũ, tenacem, ſecretum, impium, nec bene legalem.

Cuius oculi ſunt parui & rotundi conuenienter, ſignificant hominem uerecundum, debilem, ſimplicẽ, cito credentem dicta alterius, groſſi ingenij, tardi intellectus, & frequẽter crudelis fortunæ, liberalẽ alteri, & conueniẽter uerecũdum.

Cuius oculi ſunt obliqui, ſignificãt hominem fallacem, ſagacem, tenacem, inuidum, iracundum mendacem, & in multis malicioſum.

Cuius

Cuius oculi sunt uarij, & intuitu uagi, significant hominem sępe mendacem, uanum, simplicem, luxurioſum, seductorem, cito alteri credentem, inuidum, animoſum, cupidũ pulchrorum, & facile conuertibilem ad utrunq;.

Cuius oculi sæpe conniuent, & mouentur ante & retro, significant hominem luxurioſum, instabilem, sæpe mendacem, facile falsarium, proditorem, infidelem, præsumptuoſum, & durum ad credendum alteri.

Cuius oculi in albedine aliquantulum sunt cerini, significant hominem simplicem, sæpe mendacem, uanum, fallacem, sæpe luxurioſum, infidelem alteri, & cõuenienter secretum, ualde sui sensus & magnæ iræ.

Cuius oculi sunt multi motus, aut duri, siue

tarde intuentes, tamen acute, cum reclinatione carnis ciliorum, significat hominem ualde malicioſum in multis, uanum, pigrum, mendacem, infidelem, inuidioſum & rixoſum.

Cuius oculi ſunt quaſi rubei uel uicioſi lachrymis, uel ſanguine, ſignificant hominem iracundum, ſuperbum, dedignoſum, crudelem, inuerecundum, infidelem, mendacem, uanū, ſimpliceē, teneræ capacitatis, ſeductorē, & ex facili piū.

Cuius oculi ſunt ualde groſſi, quaſi ſimiles oculis boum, ſignificant hominē ſimplicem, tardi intellectus, malæ memorię, & groſſi nutrimēti.

Cuius oculi ſunt in forma mediocres, tendentes ad nigredinem, ſignificant hominem conuenienter pacificum, manſuetum, legalem, ingenij boni, magni intellectus, & conuenienter alteri ſeruitialem.

DE NASO. Cap. XII.

NAsus longus & aliquantulum subtilis, significat hominem audacem, curiosum in factis iracundum, uanum, cito conuertibilem ad utrunq; debilem, & ex facili credentem.

Cuius nasus fuerit longus & extensus, habens punctum deorsum declinatum, significat hominem sagacem, secretum, seruitialem, & conueniēter alteri fidelem, probum in agendis, & supplantaneum.

Cuius nasus fuerit simus, significat hominem impetuosum, uanum, mendacem, luxuriosum, debilem, instabilem, cito alteri credentē, & conuertibilem ad utrunq;.

Cuius nasus fuerit in medio latus, & declines ad summitatē sui, significat hominem facile men

dacem, uarium, luxurioſum, uerboſum, & cru-
delis fortunæ.

Cuius naſus fuerit undiq; groſſus, & bene lon-
gus, ſignificat hominem cupidum omnium pul
chrorum, in bonis ſimplicem, in malis ſapiẽtem,
cõuenienter bene fortunatum, fictuoſum, in eis
quę cupit ſecretũ, & ualde minus ſcientem quam
ſe ſcire reputet.

Cuius naſus fuerit ualde acutus in puncto, &
mediocris inter longum & curtum, groſſum &
ſubtilem, ſignificat hominem cito iraſcibilem,
ualde ſui ſenſus, facile rixoſum, & dedignoſum,
ſagacem, debilem, malicioſum, ſeductorem, mi
nacem, & bonæ memoriæ.

Cuius naſus fuerit ualde rotunda in extremis,
& cum paruis naribus, ſignificat hominem ſu-
perbum, groſſi nutrimenti, cito credentem, ua-
num, largum & fidelem.

Cuius naſus fuerit nimis longus, & in puncto
plus ſubtilis quam groſſus, & conuenienter ro-
tundus, ſignificat hominem in loquendo auda-
cem, in agendis probum, facile iniurioſum, fal
lacem, inuidum, tenacem, in fide ſecretum, cupi-
dum alieni, & multis modis latẽter malicioſum.

Cuius naſus fuerit retortus & curuatus in ſur
ſum, & longus, conuenienter habens punctum
groſſum, ſignificat hominem audacem, ſuper-
bum, tenacem, inuidum, cupidum, iracundum,

luxu-

luxurioſum, mendacem, ſeductorem, uana glo rioſum, infidelem, rixoſum.

Cuius naſus fuerit in medio ualde eleuatus, ſignificat hominem ſæpe mendacem, uanum, inſtabilem, luxurioſum, cito credentem, importunū, ingenij boni, groſſi nutrimēti, & plus ſimplicem quam ſapientem & malicioſum.

Cuius naſus fuerit qualitate rubicundus ultra omnem ſpeciem cæterorum, ſignificat hominē auarum, impium, tenacem, luxurioſum, ſupplantaneæ bonitatis, groſſi nutrimenti & ingenij, teneræ capacitatis.

Cuius naſus fuerit conuenienter groſſus undique, & ſuper punctum planus aliquantulum, ſignificat hominem pacificum, manſuetum, fidelem, laborioſum, ſecretum, & boni intellectus.

Cuius naſus fuerit ſuper punctum aliquantulum piloſus, & undiq; groſſus conuenienter, & in iunctura frontis parum ſubtilis, ſignificat hominem bonæ conditionis in omnibus, & conuertibilem facile ad utraq;.

Cuius naſus fuerit ubiq; groſſus, nares habẽs latas, ſignificat hominem groſſi ingenij, & plus ſimplicem quam ſapientem, mendacem, fallacem, ſubdolum, rixoſum, luxurioſum, inuidum, & uana glorioſum.

DE ORE. Cap. XIII.

OS magnum & latum ex clauſura & aperitione, ſignificat hominem audacem, inuerecundum, facile bellicoſum, mendacem, uerboſum, nouigerulum, commeſtorem, immũdum, groſſi ingenij, tenacem & ualde inſipientem.

Os cuius fuerit parua clauſura & aperitio, ſignificat hominem pacificum, timidum, fidelem, ſecretum, tenacem, largum, uerecundum, doctrinalem, & parum comedentem.

Cuius os fetet flatu, ſignificat hominem in epate uicioſum, ſæpe mendacem, uanum, laſciuum, fallacem, teneræ capacitatis, groſſi intellectus, ſeductorem, inuidum, cupidum alieni, & conuenienter alteri largum, nouigerulum, cito credentem, & plus ſimplicem quam ſapientem.

Cuius os redolet flatu, ſignificat hominẽ conuenĩ

uenientem, ſapientem in dando & retinendo ſagacem, ſecretum, cupidum pulchrorũ, fidelem. cito credentem, & conuertibilem ad utraq;.

DE LABIIS. Cap. XIIII.

LAbia oris ualde groſſa, uel nimium reuoluta foris ſignificant hominem plus ſimplicem quam ſapientem, cito credẽtem, groſſi nutrimenti, & conuenientem ad utraq;.

Cuius labia fuerint conuenienter ſubtilia, & non multum foris retorta, ſignificant hominem diſcretum, in omnibus ſecretum, ſagacem, iracundum, & multi ingenij.

Cuius labia fuerint bene colorata, & plus ſubtilia quam groſſa, ſignificant hominem bonæ conditionis in omnibus, & cito conuertibilem ad utrunq;, & citius ad uirtutes, quam ad uicia.

Cuius labia non ſunt bene æqualia in omni, ita quod unum ſit maius altero, ſignificant hominem plus ſimplicem quam ſapientẽ, groſſi ingenij, tardi intellectus, & uariæ fortunæ.

DE DENTIBVS. Cap. XV.

DEntes parui & debiles in opere, & rari & curti, ſignificant hominem debilem, boni ingenij, teneræ capacitatis, manſuetũ, legalem, fidelem, ſecretũ, timidũ. uitæ breuis, & ad utraq; conuenientem.

Cuius dentes nõ sunt sibi æquipollentes quantitate & situ gingiuarum, ita quod quidam sunt stricti, quidam lati, quidam rari, quidam spissi, significant hominem sagacem, ingenij boni, audacem, dedignosum, inuidum, & facile conuertibilem ad utraq;.

Cuius dentes sunt ualde longi & quasi acuti, & aliquantulum rari, & fortes in opere, significant hominem inuidum, impium, gulosum, audacem, quasi inuerecundum, mendacẽ, falsum, infidelem & suspicioſum.

Cuius dentes sunt citrini, uel bruni, siue curti, siue longi, significant hominẽ plus stultũ quam sapientem, grossi nutrimẽti, cito credentem, turbidi intellectus, sæpe fallacem, mendacem, inuidum, cupidum alieni, & suspicioſum.

Cuius dentes sunt grossi & lati, siue declinent foris, siue intus, siue sint rari, siue spissi, significãt hominem uanum, lasciuum, grossi nutrimenti, cito credentem, simplicẽ, fallacem, mendacem, & teneræ capacitatis.

Cuius dentes sunt fortes & spissi, stgnificãt hominem longæ uitæ, cupidum pulchrorum, duræ capacitatis, grossi ingenij, magnanimũ, multum sui sensus, nouigerulum, et cito credentem.

Cuius dentes sunt debiles, parui, rari & exiles, significant hominem debilem, breuis uitæ, sagacem, capacitatis bonæ, cito credentem, com

muniter

muniter uerecundum, tractabilem, manſuetum & legalem.

Cuius dentes ſunt fortes & ſpiſſi, ſignificāt hominem longæ uitæ, luxurioſum, comedonem, audacem, fortem, diſcretum, & ſui ſenſus.

DE LINGVA. Cap. XVI.

LIngua nimis uelox ad loquendum, ſignificat hominem plus ſimplicem quam ſapientem, groſſi ingenij, mali intellectus, cito credentem & facile conuertibilem ad utraq;.

Cuius lingua balbutit loquēdo, ſignificat hominem ualde ſimplicem, uanum, inſtabilem, iracundum, cito ab ira conuertibilem, ſeruitialem & debilem.

Cuius lingua eſt ualde groſſa & aſpera, ſignificat hominem ſagacem, malicioſum, conuenienter ſeruitialem, uanum, dedignoſum, ſecretum, proditorem, nouigerulum, timidum, impium, conuenienter ſufficientem multorum.

Cuius lingua eſt ſubtilis, ſignificat hominem ſagacem, ingenioſum, facile timidum, cito credentem, atq; conuertibilem ad utruncq;.

DE FLATV. Cap. XVII.

FLatus multus, ſignificat hominem multi ſpiritus, & econuerſo, cuis defectus eſt duplex, aut ex paruitate pulmonis, aut ex uicioſitate to-

racis,& ideo animal multi flatus,est multæ fortitudinis & multi potus.

DE RISV. Cap. XVIII.

RIsus abundat in ore stultorum,& habentium splen magnum:& econuerso. Cuius bucca ex facili ridet, significat hominem simplicem,uanum,instabilem,cito credentē grossi ingenij & nutrimenti,seruitialem & non secretū.

Cuius bucca raro ridet & breuiter, significat hominem stabilem,tenacem,sagacem, clari intellectus,secretum,fidelem & glorioſum.

Cuius bucca dure mouetur ad ridendum, significat hominem sapientē ualde sui sensus, sagacem,ingenioſum,patientem,tenacem, studioſum suæ artis,iracundum,supplantaneum.

Cuius bucca facile ridet,& ridendo sæpe tussit uel ossitat,aut torquet caput, significat hominē uarium,inuidum,cito credentem & conuertibilem ad utrunq;.

Cuius bucca ridendo torquetur cum derisione alterius,significat hominem arrogantem, falsum,tenacem,iracundum,mendacē, & aliquantulum proditorem.

DE MENTO. Cap. XIX.

MEntem amplum & grossum carne multa, significat hominem pacificum,mediocris capacita

capacitatis,grossi ingenij,legalem, secretum, & facile conuertibilem ad utrunq;.

Cuius mentum est acutū,& conuenienter plenum carne, significat hominē boni intellectus, alti cordis & satis laudabilis nutrimenti.

Cuius mentum est quasi duplex quadam ualle,significat hominem pacificum,grossi ingenij, uanum,cito credentem,conuenienter alteri seruitialem, & ualde supplantaneum, & secretum factorum.

Cuius mentum est acutum & subtili carne,significat hominem audacem,bellicosum,irascibilem,dedignosum,timidum,debilē,& aliquantulum seruitialem.

Cuius mentum est recuruū cum ualle in iunctura maxillarum,& carne macrum quasi acutum,significat hominem pessimum,simplicem, audacem,superbum,minacem,inuidum, tenacem,fallacem,cito irascibilem,iracundum, proditorem,furem & supplantaneum.

DE BARBA. Cap. XX.

BArba nascitur uiro ultra xxiiij. annum, satis de die in diem, & tunc nascitur femur, extra sexum. Et est sciendū quod tales pili procreantur de superfluitatibus ciborum, fumositas quorum super ascendit usq; ad partes maxillarum,uelut fumus ad foramina camini, & cum

amplius nõ inueniat meatus apertos, quibus bene ualeant superius ascendere, sic inde exeunt in modum pilorum, qui dicuntur pili barbæ.

Mulieres pene omnes carẽt barba in maxillis.

Et est sciendum, quod omnes humores in quibus in uiris barba generatur, in mulieribus menstruum, quod est eis quodã meatu, & motu ætatis Lunę, quandoq; semel in mense, & quandoq; bis, cuius exitus dicitur esse fluxus siue superfluum. Istud uero contingit quando mulier non est grauida iam transacta xij. annos, & hoc menstruũ quandoq; ei in lac trasmutatur intra mammas. Verum est quod hi humores ita subtiles ex natura calidi sunt, quod ex eis quasi oriuntur pili aliquando in maxillis mulieris, & proprie circa os, ubi magis abundat calor, & hæc mulier dicitur esse barbata. Sciendum quod talis mulier est ualde luxuriosa, propter calidam sui complexionem. est ergo fortis naturæ, & uirilis conditionis.

Mulier uero bene munda a pilis, & præcipue circa os, secundum Physiognomiam, dicitur esse bonæ complexionis, scilicet timida, pauida, uerecunda, debilis, mitis & obediens, & econtuerso barbata.

Cuius barba est bene ordinata siue composita, & spissa pilis, significat hominem bonæ naturæ, & rationalis conditionis ad omnia secundũ con-

coniunctum & datos mores productæ, & econuerſo.

De illis quæ habent eam male compoſitam, ut patet in eunuchis, qui poſtquam perdiderunt ambos teſticulos, ualde tranſmutantur a natura uirorum, in naturam mulierum.

DE FACIE. Cap. XXI.

FAcies quæ ſæpe ſudat ex facili motu, ſignificat hominem calidæ naturæ, uanum, luxurioſum, bene comedentem, & groſſi ingenij ac nutrimenti.

Cuius facies eſt ualde carnoſa, ſignificat hominem timidum, conuenienter lætum, largum diſcretum, luxurioſum, malæ memoriæ, cito credentem audita, & bene alteri legalem, importunæ uoluntatis, in optato inuidum, & ſatis conuertibilem ad utraq;, & ualde præſumptuoſum.

Cuius facies eſt macilēta, ſignificat hominem ſagacem, fatigabilem, intellectus boni, plus crudelem quam pium, tenere capacitatis & dedignoſum.

Cuius facies eſt minuta ualde & rotunda, figuraliter ſignificat hominē ſimplicem, timidum, debilem, groſſi nutrimenti, malæ memoriæ.

Cuius facies eſt ſimilis ebrioſo, ſignificat hominem bibentem uinum bonum, luxurioſum, uanum, fortem, qui ex facili inebriatur.

Cuius facies irascibili assimilatur, cito & ex facili irascitur, & tenet iram diu.

Cuius facies est longa & macra, significat hominem ualde audacem lingua & facto, simplicem, rixosum, superbum, iniuriosum, fallacem, durū moribus, piū, & cōuenienter luxuriosum.

Cuius facies est cōmunis inter longā & rotundam, macrā & crassam, significat hominē cōuenientē ad omnia, tamē citius in bono q̄ in malo.

Cuius facies est ualde crassa et lata, significat hominem simplicem plus quam sapientem, grossi ingenij, tardi intellectus, hebetem in agendis, sæpe uana glorioſum, credentem, conuertibilem ad omnia, luxuriosum, uanum, obliuiosum, in malo falsum, detractorem, & supplantaneum.

Cuius facies est ualde plana sine tumore ualde eleuato, significat hominem bonæ conditionis ad omnia et satis amabilem, alteri seruitialē, cito credentem, non multū sagacem, satis fidelem, & plus simplicem quā sapientem, ac patiētem in pace cōmuniter grauia, per aduersam fortunam.

Cuius facies est aliquantulum uallata, & plus macra quam crassa, significat hominem iniuriosum, inuidiosum, fallacem, mendacem, audacē, rixosum, laboriosum, grossi ingenij, uanū, ualde simplicem, & tardi intellectus.

Cuius facies est mediocris ad quamlibet dispositionem cæterarum, tamen plus pinguis q̄

macra, significat hominē in sermone ueracem, facilem seruitialem, communiter ingeniosum, sagacem & memorabilem.

Cuius facies est ualde curua & longa ac macra, significat hominem grossi ingenij, quasi ad omnia bona, simplicem, tardi intellectus & non legalem, & ex leui occasione malicioſum.

Cuius facies est latior a fronte inferius usq; ad iuncturam maxillarum, & altior quam postea, significat hominem simplicem in agendis, & in loquela inuidum, partim timidum, partim audacem, tenacem, mendacem, uanum, fallacem, animosum, rixosum, debilem, grossi nutrimenti, & mali ingenij.

Cuius facies est bene disposita carne, colore & suis partibus, ut oculis, cilijs, quibus fit delectabilis & placida, significat hominem generaliter bene dispositū ad agendum uitia & uirtutes.

Cuius facies est colore pallida, significat hominem non bene sanum, ualde malicioſum, proditorem, mendacem, superbum, uanum, luxuriosum, tenacem, inuidum, prę sumptuosum, grossi nutrimenti, non bene fidelem, neq; legalem.

Cuius facies est bene colorata, significat hominem laudabilis dispositionis, in sua complexione lætum, cito credentem, alteri cōuenienter seruitialem, intellectus boni, & ex facili ad omnia conuertibilem,

DE AVRIBVS. Cap. XXII.

AVris est hominis, & auricula cæteri animalis, & unguis est hominis, & ungula cæteri animalis.

Cuius aures sunt magnæ & grossæ, significãt hominem simplicem uel stolidum, pigrũ, grossi nutrimenti, malæ memoriæ, duræ capacitatis.

Cuius aures ualde sunt paruæ & subtiles, significant hominem boni ingenij, intellectus & sapientiç, secretum, pacificum, sagacem, timidum, honestum, mundum, tenacem, uerecundum, unanimosum, memoriæ bonæ, satis alteri seruitialem.

Cuius aures aliquantulum sunt longæ, id est, ultra communem formam, uel amplæ extraſuerso, significant hominẽ audacem, inuerecundum, uanum, pigrum, insipientem, alteri seruitialem, pauci laboris, & multæ commestionis.

DE CAPITE. Cap. XXIII.

CAput magnum & bene rotundum ex omni parte, significat hominem secretum, sagacem in agendis, ingenioſum, discretum, magnæ imaginationis, laborioſum, stabilem, & legalem.

Cuius caput est habens gulam grossam cum collo, quod declinet uersus terram, significat hominem sagacem, tenacem, pacificum, secretum, ualde

ualde ſui ſenſus,& ſtabilem in agendis.

Cuius caput eſt longum, babens faciem lon-gam & magnam,ac deformem,ſignificat homi nem fatuum,malicioſum,uel ualde ſimplicem, uanum, cito credentem,nouigerulum,ac etiam inuidum.

Cuius caput eſt ualde uolubile, hinc & illinc, ſignificat hominem fatuum,ſimplicem,uanum, mendacem, fallacem,præſumptuoſum,inſtabi lem,tardi intellectus, mali ingenij,teneræ capa-citatis, aliquantulum prodigum, & nouigeru-lum.

Cuius caput eſt groſſum, habens latam faci-em,ſignificat hominem ſuſpicioſum,ualde ani-moſum,cupidum pulchrorum, ſagacem,ſim-plicem, groſſi nutrimenti, ſecretum,audacem, & non bene uerecundum.

Cuius caput eſt groſſum, & non conuenien-ter formoſum,habẽs gulam curtam, & collum groſſum, ſignificat hominem in ſe ſatis ſapien-tem,ſagacem,ſecretũ,ingenioſum, ſtabilis ima-ginationis, fidelem, ueracem,& multis tracta-bilem.

Cuius caput eſt paruum, habens gulam ſubti lem & longam,ſignificat hominem ualde debi-lem,inſipientem,pauci cibi, doctrinalem, & nõ bene fortunatum.

ELBLĄSKA BIBLIOTEKA

DE GVLA. Cap. XXIIII.

GVla candida siue macra aut crassa, significat hominẽ uana glorioſum, uanum, timidum, laſciuum, facile mendacem, couuenienter ſagacem, magnæ iræ, & diu dedignoſum.

Cuius gula eſt macra & ſubtilis, & in qua uenæ apparent, ſignificat hominem malæ fortunæ, debilem, timidum, pigrum, groſſi nutrimẽti, cito credentem, & conuertibilem ad utraq;.

DE COLLO. Cap. XXV.

COllum longum, ſignificat pedes longos, & graciles, etiam ſignificat hominem ſimplicem, nõ ſecretum, timidum, debilem. inuidum, mendacẽ, fallacem, indoctrinalem, & cito conuertibilem ad utraq;.

Cuius collum eſt curtũ, ſignificat hominem ſagacem, tenacem, fallacem, ſecretũ, ſtabilem, diſcretum, iracundum, ingenioſum, magni intellectus, cõuenienter fortem, amantem pacem, dominium, & omnia timida.

Andreæ

ANDREAE
CORVI MIRANDVLANI
absolutißima ratio Chyromantiæ.

ANDREAS CORVI, IOANNI *Franciſco Conzahe, Mantuæ Marchioni optime merito, ſumma cũ reuerentia.* S. P. D.

LIBRVM DE CHIromantia, princeps undequaq; ornatiſſime, ſuperioribus annis tuæ celſitudini dicatum, in publicum edere cõſtitui, multis me probis, & amicis uiris rogantibus & cogentibus. Cui honeſtiſſimæ petitioni non utiq; conceſſiſſem, ni tuum Fauſtiſſimũ & Martium nomen præſcriptum, tam opus q̃ operis autorem, ſuo quodã ueluti patrocinio ab obtrectatorũ moribus uindicaret. Quare ſicuti antea (ut par eſt) omni uirtutũ genere refertiſſimum reuerenter adiuit intrepidus, ita nunc quoq; in cõfertiſſimam omnifarñ populi turbam, tuo ille uultus clipeo ſecurus prodeat. Quo præſidio gemine Palladis, hoc eſt Martis, rebus tuis q̃ pulcherrime geſtis. Apollinis tuo fauore & magnificentia, geminum trophæum comparaſti. Vale.

EXCELLEN-

TISSIMI ET SINGVLARIS uiri in Chiromantia exercitatissimi magistri Andreæ Corui Mirandulensis, ad illustrissimum Ioannem Franciscum Mantuæ Marchionem benemeritum, opus rarissimum, de eadem Chiromantiæ facultate destinatum.

RTEM CHIROMANticam, ab excellentissima Philosophorum schola collectam per scripturæ Theoricã, & manuum suis cum lineis, figuras, diuersa in capita distinguemus cum suis montibus & rimulis, qui in manibus euenire possunt, atque ex ipsis uarias significationes uarios iudicantes, effectus cognoscimus. Primũ igitur scire debemus hominis manũ quinq; in digitos diuidi, ex quibus primum duobus nodis, seu iuncturis constantẽ pollicem appellamus. Alterum tribus nodis indicem uel demonstratiuum, tertium medium, quartũ annularem, quintum postremo auricularem uocamus. Aduerte autem unicuiq; horũ digitorum subesse montẽ, qui singuli nomina propria ob uariam in uita humana significationem sortiti sunt. Pollicis mons, Veneris dicitur, cuius hæc est fi-

est figura ♄. Mons indicis, Iouis uocabulũ cum hac sua nota ♃, obtinet. Medio Saturni nomen ipsiusq; hanc figurã ♄ ascribimus. Solis mon-tem, indici subiectum dicimus cum hac sua ad-scripta figura ☉. Auricularis monten possidet Mercurius cum hac sua figura ☿. Scire autẽ li-cet in ipsa manu multas esse lineas, quarũ primã appellamus restrictam. De ea primo dicemus, non quia in humana uita sit principalis, sed quia prima est in compage manus & brachij, quo in loco sunt aliquãdo duæ uel tres, quas omnes re-strictam uel restrictas, aut restrictæ lineas nuncu-pamus, ipsæ uero humanæ uitæ significant for-titudinem, aut debilitatem, aut longitudinẽ, bre-uitatem, & qua in ætate sit fœlicius, aut infœlici-us homo acutus, & quod de ualitudine bona & corporis dico prosperitate, idipsum de diuitijs & fortunæ subcessu intelligas, id est, de fortunæ bonis, qualia sunt diuitiarum copia & inopia. Nomen uero huius lineæ diximus, est stricta uel iũctura manus, eo quod in ipsa iunctura forma-tur manus ab ipsa brachij rotunditate in plani-tiem descendens. Ideoq; ab ea tanquã a primo principio auspicati sumus, & ita deinceps sequi-mur de fortioribus & principalioribus loquen-tes. Altera quæ uitæ linea, uel cordis linea, uel dextræ triangulus nuncupatur, ab ea quam pau-lo post declarabimus, media descendens montẽ

pollicis ambit pene ad restrictam usq; ad ipsius manus iunctura m. Eam uero quæ a uitæ linea incipit per palmam transiens in percussionē manus & montem recedens capitis aut cerebri, aut mediā naturalem, triangulicq;, sinistram appellamus lineā. Mensalem autē dicimus illā, quæ sub auricularis montem incipiēs, per palmā manus præcedit, tenditq; in indicis uel Iouis montem. Aliquando conscendit ipsum montē, aliquādo cum capitis linea coniungitur, aliquando intra indicem & mediū cadit, & aliquando duobus, aliquādo tribus ramis extenditur, & unusquisq; ramus diuersos ramos, & diuersa obtinet significata, & aliquando in speciem rami, seu palmæ, ad Iouis tendit montem. Alia est linea quæ a restricta uel iunctura manus recedit, palmæ & digitis occurrens, prosperitatis uel Saturni linea appellata, hæc cęteris lineis suffragatur, quę propria uirtute carerent, & aliquando ab ea linea ramus oritur, quæ pene per transuersum manus extenditur, cunq; media naturali coniungitur, hæc est causa, ut in manu triangulus formetur. Hæc linea ulterius aliquando nō adparet, & basis trianguli dicitur. Aliquādo ad mediam usq; protenditur, neq; progreditur. Aliquando usq; ad Saturni montem procedit, prope medij iunctura m, & aliquando ad uitæ lineam couiungitur, in cuius medio, aliquando cum duobus, aliquan-

quãdo cum tribus ramis conſpicitur uerſus me diam naturalẽ tendentibus, & aliquando in ma nus concauitate diſpergitur. Et quando hæ lineę conuenienti proportione cõcurrerint, quædam tunc latitudo relinquitur, ſeu ſpacium, inter me diam & menſalem, quod quadrãgulum, ſeu ma nus menſam appellamus, & huius ſpacij finis, quod in dorſum tendit, manus percuſſio dici tur, quando ad auricularis montem appropin quatur. Scias tamen eius nomen mutari, nam eo in loco aliud ſignificatum efficitur a primo differens, ibi enim nonnullæ apparent rimulæ in ſuo occaſu, quæ canum morſiones ſignificãt. Similiter ſpacium huic contiguum, quod extra triangulum uſq; ad iuncturam manus deſcen dit, manus montem dicunt, nonnulli autem ma nus pinguedinem non montis nomen, nos au tem Lunæ montem nominabimus, quoniam in eo quædam inueniuntur rimulæ, uel lineæ, nauigationem & fortunæ uarietatem in rebus aquaticis iuxta ipſarũ linearum bonitatem uel malitiã ſignificãtes. Et quia Luna præeſt aquis, hic mons recte Lunæ cenſebitur, cuius talis eſt fi gura ☽. Tertium eſt ſpacium huic proximũ a tribus lineis incluſum, media ſcilicet, uitę linea, & ea quam baſim trianguli diximus, hoc media in manu poſitum, Martis triangulum cenſemus appellandum, huius tale eſt ſignum ♂.

Designabimus autem in huius operis principio, manum supradicta omnia continentem apertius, quando cœperimus disponere res omnes sigillatim in diuersis signis, quæ in manu hominis uideri possunt. Sed prius omnia scripto prænotabo, ut facilius lineæ in manu positæ intelligantur. Quarum manũ quinq; in partes secabimus, ut sequamur ordinem propter digitos & earum montes, & in alias sex partes propter lineas quæ uideri possunt in manu. Et quoniã dictæ lineæ habent inter se tres principales, quę aliquando duplicatæ uidentur, & ab illis semotæ, hæ aliquando continuæ sunt, aliquando fractæ & discontinuæ, sicut plerunq; suis in apparitionibus cõspicimus, & earum unaquæq; talis, aut talis lineæ soror, appellatur. Hæc omnia clarissime hoc in opusculo aperientur, quod scientiæ & artis Chiromantiæ Theoricam appellabimus, & eã diuersos in tractatus diuidemus. De montibus prædictis & lineis & rimulis loquentes, quas in manu natura produxit, et significata producunt ex accidentiũ diuersitate in humanis corporibus uiuentium. Eueniunt autem omnia ex diuersa potestate. & in fluxu cœlestiũ corporum ad hæc inferiora, ut etiam asserit Ptolomæus, Hali, Albumasar, ipsos deinde tractatus diuidemus in plures manus unius cuiusq; lineas describentes, & earundem significata declarantes multo cla-

to clarius quam in proœmio. Sed quia primo a naturalibus lineis incipiendum est, quæ potestatem & trium principalium membrorum uirtutem significant in humano corpore. Quorum cor primum, quod est uitæ pincipium, Alterum epar, quod uiuificandi cordis est causa, ipsum enim cibum digerit, sanguinem rectificat cordi alimentum afferentem. Cerebrum est tertium, quod motum homini & intellectum adfert, nos ideo a prædictis liueis incipiemus hunc in modum.

Humana manus a natura facta est tanquã instrumentorum instrumentũ in humano corpore, & organorum organũ, quemadmodum omnes asserunt philosophantes, & præcipue Aristoteles. Eius enim officium est omnibus humani corporis partibus inseruire. Qua ratione omnium membrorum uirtus in humana generatione concurrit, ideoq; iam dictum fuit, quod totius corporis humani complexio in manu conspicitur. Igitur unumquodq; membrũ aliquod in ea signum, uel magnum, uel exiguum, iuxta eius membri potestatem aut uirtutem inmisit, ideoq; manus ipsa diuersis est obsignata lineis & rimulis, ex quibus ipsi Chiromantici de hominis complexione ab alijsq; omnibus accidentibus iudicant, quæ in humana uita succedunt, uelut ex signis a natura factis in humanæ generati

onis principio, ob uirtutem manui ab omnibus membris datam. Posset hoc loco quispiã inquirere, cur in manu quatuor sunt principales lineæ, cum quatuor tantum sint principalia membra ad corporis gubernationem & ipsius uitæ cõseruationem, quæ sunt cor, quemadmodum diximus nutriendi, & uniuersi corporis restaurandi pariterq; naturalis caloris principium. Secundum est epar, quod nutriendi & sanguinem rectificandi totiusq; restaurãdi corporis est principium.

Tertium est cerebrum, quod corpori dat sentiendi principium & homini motum, horũ igitur singulum in manu signũ. Cor enim sua uirtute lineam in manu produxit, uitæ, scilicet, uel cordis appellatam, & ipsum cor uitæ principium significantem, qua cognoscimus quantum temporis homo sit uicturus, quotque ægritudines habiturus. Eodem modo & epar lineam suam producit ueluti cor, a manus descensu ipsa oriẽ, et sępe ex una parte cũ uitę linea suo in principio coniungitur, altera uero ex parte cum capitis linea, uel media coniungitur, aliquando ibi desinit, aliquando uero ad mediũ usq; digitum protenditur, seu eius montem quadrangulum & mensalem, & mensalem lineam prætergrediens. Tertia est linea, quæ a capite descendit, et cum uitæ linea incipit, aliquãdo enim cũ ea ualstde ę

de est cõiuncta, aliquãdo autẽ seperata per me diũ manus, ut plurimũ transiens, ex qua ut præ fati sumus, efficitur Martis triangulus. Et quia stomachus cũ capite cõmunicat & quandã con nexionem habet, etiam huiusmodi linea a sto macho procedit, & capitalis & stomachalis li nea appellatur. Quarta a totius corporis uirtute progrediẽs mensalis dicitur, cuius principiũ est inter percussionẽ & Mercurij uel auricularis mõ tem, quæ ut diximus, aliquãdo tribus, aliquãdo duobus ramis, aliquãdo sola & nuda, aliquãdo in palmæ speciẽ progreditur, sed ut plurimũ in dici fit proxima, aliquãdo inter mediũ & indicẽ procũbit, aliquãdo uero cũ capitis & uitæ linea cõiungitur, frequentissime autẽ inter hanc & ca pitis lineã spaciũ relinquitur, quod mensa ma nus, uel quadrangulus uocatur. Sed tale spaciũ nõ semper inuenitur, præcipue quãdo hæc & ca pitis linea uniuntur, adeo ut ambæ una sola effi ciantur. Scias autẽ hoc spaciũ a splene produci, ideoq; quãdo rimulis impeditũ, & quod in mo do confusum fuerit, gaudiũ, risum, & splenis sa nitatẽ significabit, sed oppositũ quando tortuo sum fuerit. Sunt uero & exiguæ quædam aliæ li neæ, quarũ unaquæq; soror, talis uel talis nuncu patur. Quãdo uitæ linea longa & cõtinua & be ne colorata fuerit, uitã diuturnam paucis cum ægritudinibus præsagiunt, quando secus fuerit,

contrarium omnino censendum. Quando uirtus uitalis debilis fuerit lineam pariter producit subtilem & debilem & fractā aliquando, quando autem & fortis & bonæ complexionis uirtus ipsa fuerit, dictam lineam longam & latam producit, & bono colore dispositum. Cordis linea quando longa & lata fuerit, uirtutem uitalem uigoris ingentis denotat, oppositum quando minuta & breuis. Eandem quoq; lineam continuam, non autem discontinuam esse oportet, ipsa enim disiunctio procedita sanguine sua propria causa, cor & cætera membra uiuificante. Quamobrem proportionem & in humoribus temperamentum significant, & quamuis cordis linea ingens & crassa esset, & discontinuam uirtutem uitalem in principio fortem fuisse significat, in temporis tamen processu defuisse, ex sanguinis & humorum intemperie. Oportet igitur in distantia & propinquitate debitā habere proportionē ad epatis lineam uel prosperitatis, hoc est, ne ualde aut propinqua sit, aut remota. Si enim remota nimium esset, epar a corde sua in natura remoueri significat, neq; habere cum eo debitam conuenientiā, sanguinemq; qui ab epate generatur, minime sua in proportione ad ipsius cordis nutrimentum conuenire, quod si nimium esset propinqua, magnam sanguinis designant multitudinem, cordis calorē facile suffo

catu

caturum, ideoq; duæ illæ lineæ modeſte diſtare debent. Neq; ignorandum, ſi breuis, gracilis & pallida eſſet, ſtomachi & epatis debilitatem caloriſq; naturalis in epate defectum indicare, quare ab ea generatus ſanguis, nõ erit iuſti nutrimenti uniuerſo corpori. Concludendũ igitur in homine diuturnæ uitæ futuro, lineam uitę ſeu cordis longa & lata, & ab epatis linea decenter abeſſe neceſſario euenire, & quod ipſa epatis linea, ſit quantitatis debitæ & coloris boni. Et quando in linea capitis ad uitæ unum o. uel duo oo. inueniuntur, unius, uel duo amborũ oculorum amiſſionem ſignificat, hoc eſt, ſi unus fuerit o. unum: ſint duo, tunc etiã ambos amittet, idẽ obſeruato in menſali & capitis linea. Et quoniam raro dicta ſigna oo. inueniuntur, & in omnibus tenet manibus, deberent inueniri, nam omne membrum ſignũ peculiare debet ipſa in manu habere, quemadmodum diximus. Verum illud optime tenendum, corporis uirtutes ab intelligentijs & uirtutibus cœli gubernari, & etiã eorum influxibus a prima cauſa procedẽtibus, hoc eſt prædictarum intelligentiarum eos mouentium poteſtate. Quatuor uero ſunt uirtutes ad hominis eſſentiã neceſſariæ, id eſt, cordis uirtus uitalis, naturalis, epatis, animalis, cerebri & totius corporis gubernatrix uirtus a tribus partibus cordis ſignificat epatis & cerebri manãs.

Hæ ſunc corporis principales uirtutes, alię quo rundam membrorū uirtutes, ueluti oculorum potius ad decorem, quam ad neceſſitatem deſti nantur. Natura igitur uniuerſalis cœli ingēti af ficiē ſolicitudine ad eas primarias uirtutes pro ducendas, earum quoq; ſigna, hoc eſt, principa les lineæ earum poteſtate & ui producūtur, Sed aliarum uirtutum quæ ad uitæ neceſſitatem mi nime cōferunt, nō eſt adeo natura ipſa ſuperior ſolicita. Ideoq; haud ſemper eorum ſigna in ma nu producit, ſed ſolum quando iudicare uolue rit conſpicuum aliquid, uel bonum, uel malum eo in membro præter tria principalia nomina ta. Quāobrem unaquaq; in manu quatuor pri mariæ lineæ ſemper exiſtunt. Reliquę uero lineę aliquando & adſunt & abſunt, & quando adfu erit, aliquem ſemper effectū, ſeu bonum uel ma lum indicabunt. Quare hæc ſcientia Aſtrolo giæ ſubiecta eſt, iam uero eorum ſignorū ſignifi cationes declarabimus. Bene igitur linea cordis lata fuerit longa, & bona proportione diſpoſi ta. Similiter linea epatis, capitis autem tenuis & exigua diuturnam uicturum uitam hominem denunciat, dementem tamen, & exigui futuru m intellectus. Cauſam huiuſce rei iam diximus, quod uitæ uel cordis linea decenti proportione quando fuerit diſpoſita & formata, longæ eſt ui tæ indicium. Capitis uero linea breuis & tenuis,

cere-

cerebri uirtutem debilem demonſtrat, unde ſtultitia manat & intellectus modicitas. Quando linea capitis, uerſus reſtrictam ſit biſurcata & nõ continue recta, hominem ſtatum tentare ſignificat duplicem, neq; in unum cor poteſt ſe occupare tñ, ſed abit ipſe in diuerſa. Si autẽ uerſus montem manus tetenderit prope reſtrictam, cogitatus ſuos ad peſſima detorquebit, & abſq; timore diuino ab ingenti habendi cupiditate ipſe detorquebitur. Quod ſi percuſſionem uerſus biſurcata conuenerit, bonam in partem cũ timore diuino et uirtutis amore mores commutabit. Quando autẽ in ea continuatio nulla fuerit, ſed obliqua diſiunganť, ſignum eſt in uirtute ipſam lineam producente debilitatem ineſſe, poteſtate carentem.

Denotatur igitur cerebri animalem uirtutem eſſe debilem, ex quo etiam ſequitur huiuſmodi uoluntate ad diuerſas cogitationes mutabilem eſſe, tam bonas quam etiam malas. Et epatis linea quando longa, lata & ſplendida, colorata fuerit, diuturnam uitam & bonam ſignificat complexionem, oppoſitum uero, ſi breuis, tenuis & colorata fuerit. Epar unũ eſt ex primarijs membris ad uitæ cõſeruationẽ, a quo ſanguis, uniuerſum corpus nutriens, emanat. Si igitur quæ ab eo ducit originẽ bona fuerit proportione diſpoſita, ſignum quoq; eſt optimæ diſpoſitæ propor

lonis in epate, ad optimi sanguinis generatio-
nē. Qua in re hoc ueluti maximum quoddam
præceptū seruandum est, optima esse quodcun-
que membrum dispositione adfectum, quando
etiam ab eodem emanantes lineæ decentissimæ
fuerint deductæ, effectum enim causæ adsimila
ri est necesse. Sed huiusce rubedo lineæ, purum
& nitidum significat sanguinē, & ex consequen-
ti corporis restaurationem, a quo uita procedit
diuturna, quod si disiuncta sit colorecp debilis,
ob malam epatis dispositionem, malum sangui
nem generantis, oppositum significabit, ideocp
imperfectam producit lineam, & quando epa-
tis linea breuis fuerit & discontinua, multa cum
rubedine, ea parte qua ad epatis lineam uergit,
capitis ægritudinē notabit ab epate manantem.
Quando autem suo sit in principio accedens ad
uitæ lineam, ægritudinem in corde ab epate fa-
ctam significat. Quando triangulus decenter fu
erit dispositus & æquali bonitate proportionē
seruauerit in lineis, hominem longæuum signi-
ficat futurum & probum, præcipuecp quādo an
guli acuti fuerint, pulchracp proportione dispos
ti, quod si oppositum fuerit, oppositum quocp
in uita & moribus significat. Quando autem
mensa longa & palmulis ramorū in palmę spe-
ciem uersus montem Iouis Ꝛ. uariata fuerit, &
hominem corporis ad sanitatem dispositum, &

ad ani

ad animi bonitatem designat, eadem est cũ præ nominatis lineis sentẽtia, hæc enim linea ab omnibus corporis membris descendit. Quamobrẽ si insignibus notis prædicta fuerit, totius corporis bonitatem, & animũ denotabit perfectũ. Aduerte autẽ quod si dicta linea inter indicem & medium finiuerit, diuersos effusionis sanguineæ effectus potest significare, aut capitis ictus, aut uentris fluxus, aut denicq; in fœminis, mortis periculum in puerperio, aut per uuluam sanguinis effusionem cum mortis periculo.

Quando autẽ mensalis linea manum dextram transgressa fuerit sine ramis, sæuum hominem, suis in rebus inconsultum, indignabundum, ali quando omni spe destitutum. Quod sicum uitæ & capitis linea coniuncta fuerit, aut etiã media naturali, maximam choleræ copiam significat. Martium hominem, prauæ cogitationis & ad homicidia perpetranda inclinatum. Scito autem quod omnis linea quæ a longitudine debita & proportione recedit, fit & generatur a calore superfluo, & tunc præcipue quando loca sibi impropria occupauerit. Quãdo autem dictas mutationes effecerit, Martium significat hominem, & quod cæteris hominibus uult damnari, sæuitia & homicidijs, qualis est Cholericorum natura & pugnantium, & quando præcipue cum uitæ linea coniungetur uerbis & blanditijs ho-

minem efficit mendacem & deceptorem. Non est autem ignorandum, quando lineæ manus non fuerint decenti proportione secundum naturales situs & loca dispositæ, naturalis uel præternaturalis potius caloris debilitatem esse indicium est, & quãdo linea mensalis ab hoc situ uel suo naturali abit loco, incp̃ capitis lineam tendit, naturalis coloris humano in corpore defectum significat, ipso a capite incipientẽ, ex quo huiuscemodi homines exigui sunt intellectus & discretionis, & semper falsa detinentur imaginatione, qua alios frequentissime decipere credunt, quod euenit ingenti ex cerebri siccitate, quæ a calore & supernaturali superfluitate descendit, & quemadmodum diximus, linea mensalis a totius corporis uirtute manat. Omnia enim accidentia humano in corpore aduenientia inde sumuntur, & quoniam animali homini præcipue duæ insunt uirtutes, id est, irascibilis, qua externa uitantur nocumenta, altera est concupiscibilis, qua sequimur delectabilia inimici, a quibus nocumenta eueniunt per irascibilem partem intelliguntur, unde inimici pars inferior ascribitur. Superior autem ipsius cordis intrinsecæ uirtuti, qua naturales inclinationes capiuntur, hæc autem quamplurimum ex Chiromantica disciplina e splene manat. Cum uero mensa manus quæ inter mensalem & mediam naturalem iacet, in

cet,in medio fuerit anguſtior, parcũ & auarum denotabit hominẽ,ſed latior modicam in ſumptibus menſuram,imo & prodigalitatem commonſtrabit, hominem quoq; nimiũ credulum & plerunq; ob credulitatis nimiæ uitium deceptum. Quando autem mediocris fuerit,hominis libertatem pollicebitur, & cum manus menſa integra ſit,& in manu pateat, ipſius corporis, uel hominis complexionem, prout ipſa tendit in diuerſa. Nam ſicuti docuimus,menſalis linea toto ex corpore ſuum habet ſignificatum.Linea igitur capitis lineæ admota, naturalis caloris defectum monſtrat,quippe cũ haud debite dictas lineas dilatare potuerit, pariter quoq; oppoſitũ fuerit,quando nimium diſtantes uicißim inueneris,ipſum calorem ſuperfluũ ſignificabit. Cum uerò mediocris fuerit interſtitio diſiunctæ, caloris temperamentum patefacient, qua in re illud aduertendum, quod quemadmodum frigida nimiũ complexio,dictæ menſæ,anguſtiam generat multã in homine auaritiam denotantem, & hominis puſillanimitatem, ita ſi ſit ingens nimium diſtantia ipſius menſæ caloris abundantiã in humoribus declarabit,qua ex re immenſa prodigalitas quædam & credulitas in homine efficitur. Quando autem dicta menſa debita cum diſtantia fuerit proportione diſpoſita,regimen & frugalitatem ſignat in homine, ipſum de

nicq liberalem, temperatum, uirtutis cupidum, & Deum timentẽ. Et quãdo manus mensa uersus percussionem latafuerit, & superiore in parte angusta, hominẽ in prima ætate nonnihil prodigum, sed in senectute auarum. Oppositum autem erit, si opposito modo sese habuerit, in medio autem, quando fuerit angusta, & in extremitatibus lata, prima in ætate prodigum, in media auarum, denicq in senectute prodigum significabit, seu potius liberalem, quandoquidem sit ea in ætate cõsilij maturioris. Descensus manus humanæ uitæ principium denotat, siquidem paruo exiguocq nascatur corpore & intellectu. Continue uero procedit cum intellectus, operum, morum, denicq omnium augmẽto usq ad mortem, magis autẽ uel minus iuxta cœlestium corporũ influxus, quo ad corpus & eius membra, quantum uero ad intellectum, si animæ organum proportione congrua dispositũ & perfectum fuerit ipsum in partem exiguam habent cœli potestatem imo nullam. Siquidem nostra est libera uolũtas, & libere suo ex desiderio operatur. Itacq manus descensus uitæ principium, ascensus autem finis, id est, senium. Medium ipsius manus inter ascensum & descensum positum, uitæ nostræ medium significabit, & ideo qua in parte manus lineæ prædictæ fuerint in ipsa uitę ætate, significata etiam sua demonstrari si

gnifi

gnificabunt,ut liberalitatis,uel contra prodiga-
litatis,& hæc ſint ſatis quantum ſpectabat ad li-
nearum principalium ſignificata. Sunt enim &
aliæ non principales lineæ,quæ adeo ueram ſi-
gnificationem minime habent, neq; etiam natu-
ralis ratio de illis quemadmodum de principali
bus reddi poteſt,de quibus maior eſt naturæ cu
ra & ſollicitudo,cum omnes naturales potentię
ad humanæ uitæ fauorem operentur,ueluti rei
ipſa a natura effectæ. Semper enim perfectiſſi-
mam rem quanq; nititur efficere, quare mirum
in modum ſtuder,ĩſdem fauciæ partibus ipſam
naturam fauere fuerit opus,atq; etiam mitiga-
re ac temperare nimium ſuperfluas partes, quæ
ipſa in humana uita accidunt nimio ex frigore,
uel calore,ſicut ſuperius dictum eſt, & etiam in
manuum ſignificationibus declarabitur, & ſu-
arum linearum, multo apertius ſigillatim de
omnibus ſignis loquentes lineis,ſcilicet rimulis,
montibus,digitis,crucis aut ſtellæ,aut ſimilium
denicq; rerum ſignis. Inſuper addam quocq; trian
gulos,quadrangulos. Poſtremo multos angu
los diuerſa ratione formatos. Aliquando hep-
tanguli,aliquando hexanguli,aliquando autem
nulli omnino conſpiciuntur. Aliquando qua-
tuor in manu naturales lineæ non reperiuntur,
nam aliquibus proſperitatis, aliquibus media
naturalis,aliquibus menſalis deficit linea. Non-

nulli quaternos tantum digitos habent in manu, qualem ego noui quempiam. Quod ex naturæ defectu potest euenire, & cœlestium corporum opificio. Senos nonnulli digitos habent, quod etiam uidi alias, copiosa nimium abundante materia. Nunc superest de manuū Phisiognomonia & suis actibus dicere, de quibus etiam in manus figuratione cum subiecta expositionis nota dicemus. Primo igitur sciendum, nimium breuem manum, ex frigiditate & humoribus pinguissimis procedere, manumq; longiusculam ac digitos hebetiusculos, hominē lentum, tardum, & flegmaticæ complexionis significare, & quando fœminam digitos oblongos, & manum curtam habere deprehenderis, propter uuluæ curtam fissuram, difficile parituram significat. Quando autem manus palmam inueneris longam, digitosq; ad proportionem debitam ipsius manus longiores, & quod tactu non mollis, sed dura potius inueniatur, hominem ad multa mala opera ingeniosum significat, furem præcipue & uitiosum, & quando conclauam manum tactuq; solidam & bene articulis compactam inueneris, uitæ longitudinem, sed multa hominem malitia deturbatum notabit. Quod si male esset compacta articulis, uitæ breuitatem, hominemq; nummorum accumulatorem significabit, & quando manus tenuis fuerit

erit & longa, bonaq; proportione, iuxta corpo
ris proportionem, diſpoſita atq; colorata, homi
nem moratum longæuũ, iuſticiæ & honorum
amatorem, & timentem Deum. Cum uero ma-
num ſui corporis quantitate breuiorem inueni-
es, cauilloſum, hominem ſagacem, quicq; uerba
ferre non poteſt, brachijs uero fortem. Et quan-
do manũ inueneris breuem admodum & craſ-
ſam, digitos quoq; breues & craſſos, incq; ſum-
mitate latiuſculos, in corniculorum ſpeciem, ſig
num eſt huiuſcemodi hominẽ transgreſſorem,
furem, inſidiatorem eſſe, atq; omni repletum ne
quitia, & eo magis quo in ſummitate ipſi fue-
rint digiti latiuſculi. Quando palma debita pro
portione fuerit longior, digitiq; breuiores & la
tiores, hominem lentum ſignificat, tardum, fa-
tuum & ſuperbum, & tanto magis ſi in percuſ-
ſione latior fuerit manus. Quando manus lon-
ga, magna, & conuenientis fuerit proportionis,
hominem ſignificabit liberalem, probum, ma-
gno præditum conſilio, ingenio acutum, & ami
corum ſtudioſum. Si manu extenta digiti fue
rint ſimul clauſi, & adeo cõtigui ut aer minime
transpareat, curioſum & ſollicitum ſignificabit
hominem. Quod ſi oblongi eſſent digiti, aua-
rum & malignum ſignificat, cuius aſtutia in ma
lum potius quam in bonum tendit, exiſtimans
uitia uirtutes, ſeq; aſſerens probum, cum ſit uelu

ti belua. Manus extenſa, cuius digiti oſſei, ſicci, & tactu duri reflectãtur, iniuſtum hominem, ingenio acutum, multoq; fortius malum in partem, quam in bonam, & pręcipue ſi farinoſa inerit pellis. Manus quæ in poſtrema digitorum parte reſpiciat, hominem facit inuidioſum, ſed in bonam potius quam in malam partem, uirtutis auidum, ſuiſq; in negocijs ſollicitum, & quando hominem inueneris, qui uiciſſim digitos percutiat dum loquitur, atq; ſi tympano pulſaret, uarię cogitationis & ſuſpitionis hominẽ denotabit, magnaq; obuolutũ malitia, & quando quiſpiam porrigit manum ut aliquid capiat, ipſaq; manus ei modeſte contremiſcat, is cito cedit ab iracundia, bona eſt natura, pudorem ueretur, ſed nonnihil Cholericus. Quando quiſpiã dum comedit, os ad cibum, nõ autem ad os manum porrigit, is guloſus, & peſſimis eſt repletus moribus, mala natura, cæteris cum hominibus diſcordem & indignabundum. Et quando inueneris hominem qui pollicem inter alios digitos pugno occluſum tenuerit, auarum ſignificat hominem, quiq; iure & iniuria uelit uiuere.

Veneris mons tumidus in cuiuſpiam manu & altus, hominẽ indicabit luxurioſum, ſed qui Muſica delectetur & inſtrumentis, probus tamen, & cũ cæteris hominibus uerſatur. Et quando quiſpiam nimiũ longam habuerit manum digi-

digitosq; longos, & nonnihil graciles, & quod in dorsum manus ipsa reflectatur, quodque manus sit tactu mollis, signum est calidi humoris, & calor hominem reddit industrium in suis negocijs, atque etiam cupidum ad ea desideranda, quæ minime debet, crudelem præcipue, unde scias, quemadmodum dicit Iulianus, quod manus prælongas habentes, similes existunt animalibus, & etiam auibus rapina uiuentibus, ✶. nam quanto digitos & ungues longiores, graciliores, ficciores & maiores habuerint, tanto erũt ad rapinam aptiores, atq; a principibus & aucupijs maiori habentur in precio. Similiter tyranno manus quoq; fecit natura lõgas, hominibus quoq; rapina uiuere uolentibus & sudore cæterorum hominũ. Oportet quoq; linearum quæ sunt in manu rationem habere, nam sinistra manus suas efficit lineas a uirtutibus & potentijs cœlestibus procedentes, in hora natiuitatis, quando e uentre materno in huiuscemodi lucẽ egreditur. Qua in re est aduertendum, ut plurimum sinistræ lineas, dextræ lineæ non esse similes, neque etiam ita perfectas aut conspicuas. Quando autem simul conformes inueneris, tibi sit exploratum, uerum ex eis indubitato adfectũ produci, aut boni aut mali, iuxta earum uel bonitatem uel maliciam. Quando autem difformes fuerint, neq; simul debitam habuerint conuenien-

tiam, ſuperiores cœlorum potentias magis fauiſſe illi parti, ubi perfectiores reperiuntur lineę iudicato, ſiue illud in dextra, ſiue in ſiniſtra fuerit manu. Et quemadmodum dictū eſt, ſiniſtra eas in conceptionis hora, dextra uero in natiuitatis momento producit. Quando autem ſiniſtram cum perfectioribus lineis inueneris, magisque coloratis & ſuperant lineas, quæ ſunt in dextra manu, tūc iudicium tuum ex lineis in eadem ſiniſtra exiſtentibus efficito, ſignū eſt enim cœleſtes uirtutes in hora ſpermatis, quam in hora natiuitatis talis perfectius fuiſſe operatas, & tunc præcipue quando ſiniſtra manu tanquam dextra debite utitur, hoc eſt, quando ſunt Sceuolæ ſiniſtramq; habent pro dextra. Aduerte autem, quod quando menſalem lineam ad montis Iouis ♃. ſummitatem proficiſcentem inueneris cū duobus ramis perfectius, & ramus qui ad indicem uergit, faciat uel producat unam crucem ✝. tametſi non fuerit ipſe religioſus, tamē religioſorum cauſa utile aliquid habebit, quod ſi ſtellam unam produceret, ſignū eſſet eiuſmodi hominem tantum ſibi fauoris apud quendam magnum prælatum demeritum iri, quod ab eo nunquam ſeparari poſſet, & eſſet quemadmodum ille potentiſſimus, adeo ut eum alterum ſe arbitraretur. Quādo autem alter eiuſdem lineæ ramus in pollicem tendit, & cū media & uitali, ſuo in

ſuo in principio coniungitur, ſignum eſt talem hominem multas diuitias acquiſiturū ſuo ingenio, quod ſi dictus ramus coniunctionem fecerit cum rimulis, quæ fratrum & affinium diſcordiam ſignificant, & eiuſmodi fecerint unionem, ut una ſimul omnes uideantur, cōtrarium ſignificabit, ab affinibus ſcilicet hominē iuuandum, & eorum cauſa diuitias comparaturum, & ad aliquem dignitatis gradum conſcenſurum. Hęc nos in uniuerſum hucuſq; fuiſſe præfatos ſufficiat, nunc ſigillatim manuum, figuris appoſitis linearum & ſignorum omnium, expoſitionem ſubiiciemus breuiter & aperte.

Mittell finger
goldt fin- ger
Orr fing
dzeiger
der daum
berg Iouis
berg Saturni
berg Sol
der berg Mercurij
der leidschlag
die lini des tischs 4
der tisch
3
dz quadrangel
der berg martis
die lini des lebens
dz triangel
der berg veneris
2
die lini des hirns
der berg der hand oder des mons
des hirns
1
Resseida

Quando quatuor lineæ æquali menſura fue rint continuæ, brachium circum quaq; diuiden tes, & bene colorate, octoginta annorum æta- tem indicabunt. Si uero duo ramuli ſuperne fu erint, acutum angulum ut hic apparet facientes, hominem ſignificat mortuis hæredem ſucceſſu- rum, in cuius ſenectute honorẽ, diuitias, & quie tam uitam pollicentur, eoq; magis quãdo in di- cto angulo ✳ aut ✠ inuenietur, ſed poſtremo paucis ægritudinibus ſubĩjcietur.

Quando in manu has duas inueneris lineas, ſuperiores latas, tenues uero inferiores, ut hic apparet, ad mediam uſq; ætatem uitæ, fortitudinem, & diuitiarum copiam ſignificabit, ultra uero ipſam ætatem mediam, & diuitiarum diminutionem, & uitæ indicabit debilitatem.

Si quatuor in reſtricta linea fuerint inuentæ, ut hic apparet, octoginta annorum ætatem ſignificat, & in prima & ſecūda paupertatem, & uirium debilitatem ſignificabit, ſed ultra mediam ætatem, & rerum & fortitudinis augmentum ſignificabit.

Verum ſi prima craſſa, & ſecunda ſubtilis, tertia craſſa, quarta ſubtilis, ut hic apparet inuenta fuerit, in prima ætate fortitudinem & diuitias ſignificat, in ſecunda utriuſq; rei diminutionem, in tertia augmentum, in quarta poſtremo diminutionem, & hoc modo ſi lineæ craſſiores, latiores fuerint, bonū indicabunt, tenues uero malum. Vnaquæque linea xx. ætatis annos pollicebitur.

Quando

Quando in reſtricta, prima linea diſcontinua & tortuoſa fuerit inuẽta, reliquæ uero inſequentes continuæ cum angulo recto et continuo, ut hic adparet, uitæ non rerum debilitatem ſignificabit, poſtea cauſa cæterarum linearum inferiorum, etiam in uita multo magis proſperabitur. Verum ſi angulus non inueniretur, & uitæ & rerum debilitatem ſignificabit, homo erit laborioſus abſq; honore, modico ingenio, & uitijs plenus.

Quando inueneris hanc lineã rectam, et bona proportione diſpoſitam, uitam quietam & animi ſignificat fortitudinem, uirum probum, qui quoad uixerit, in honore habebitur, uitam habebit quietam, ſed maxime diuturam, niſi forte a quatuor lineis naturalibus adiuuetur, Martisque triangulus adeo magni eſſet roboris, ut uitam longiorem concederet.

Si hu

Si huiuſmodi per reſtrictam, ſparſæ inuentæ fuerint, ſeſe inuicem non contingentes, ſed in diuerſa abeuntes, magno ingenio ſignificabit hominem, malarum cogitationum effectorẽ, qui ſi id quod mente cogitat efficeret, peſſimam ſortem incurreret, patris contemptorem & inobedientem.

Quando hanc proſperitatis lineam inueneris, hominem ad ſenectutem uſq; proſpere actu rũ, ſignificabit, ſi recta & colorata fuerit, Quod ſi oppoſitũ fuerit, etiam oppoſitum ſignificabit, & nouarũ ſcientiarum ædificatorem, in ædificijs ſtruendis liberalem, alijs autem in rebus auarũ, agris & hortis inſtaurandis maxime idoneum.

Quando

Quando proſperitatis lineam, ad mediam, ut hic apparet, aſcendere inueneris, probum ſignificat hominem, ſuas res indies fœlicius agentem ad mortem uſq; uirtutis amatorem, ingenio magno. Aduerte autem, quod dicta linea deber eſſe recta & continua, nam ſi fuerit tortuoſa, ut in ſequenti apparet manu, contrarium ſignificabit.

Quando in manu huiuſmodi dúas lineas inueneris, quæ mediam offendat, ut hic apparet, hominẽ ſæpe in lucro uerſari ſignificat, ſed malo ingenio, perfidum, infortunatum, ſuis in negotijs ſollicitum.

Hono

Honorifica significat itinera, quando duæ di ctæ lineæ, fuerint ut hic patet, sed hominem pere grinationis amatorem, cui Magistratus hono rifici & lucrosi dabuntur, si huiuscemodi in lo cis manere uoluerit.

Quando has duas lineas, supra uitæ lineam iacentes inueneris, ut hic, uitam significant quietam.

Loquacem

Loquacem, præſumptuoſum, modico cum lucro, ſeruum, peregre proficiſcentem, ſed ualde ſeruituti ſubiectum.

Inſtabilem ſignificat peregrinatorem & uagabundum, diuerſarum regionum habitatorem & pauperem, quando talia fuerint ſigna cuiuſmodi uides.

A patria ſeparationem ſignificat, quanto que maior fuerit diſtantia, tanto magis aberit ab ipſa, extra quam ideo non morietur.

Ignarum hominem & obtusum significat, nullo ingenio, mortem instar fatui in patria obiturum, ueluti frustum carnis duobus cum oculis.

Homi

Hominem in lucro frequenter uerſari ſignifi-
cat, ſed ſibi imminere periculum, ne furtum ab
his patiatur, quibus ipſe maxime fidit, illuſtrem
& magno ingenio omnino.

Quando huiuſmodi lineæ tortuoſæ uerſus montem manus tetenderint, hominem nummis abundantem, fortaſſe uero carcerem, ob non redditam pecuniam ſignificabit.

Fide

Fideles non habere amicos indicat, ipſum uero probum, fidelem & moderatum, itaq; cum ignotis hominibus non ineat ſocietates.

Hominem in ſeruitute ſignificat, & ad nauiga
tionem ui cogendum, & maiori uitæ ſuæ tem-
pore futurum ſeruum.

Quando

Quando hæc linea per reſtrictam tranſierit, tendens tortuoſe in uitæ lineam proximam, ſignificat ægritudinem. Si pallida fuerit, præterijſſe notabit, præcipue autem ſi in fundo nigrior fuerit, & ſi fuerit pallida, ſignificabit futurā, ſed ſeram, hoc intelligendum prope reſtrictam.

Quando hanc lineam a reſtricta naſcentem, & uitæ lineam ſecantem inueneris, eum ſignifi-cat ſeruũ, propria uita chariorem, amiſſurum.

Naturæ

Naturæ & bonæ famæ significat hominem, propria in patria moriturum, Deum timentem & probum.

Quando hæc parua linea, ſupra uitæ lineam facuerit, ut hic apparet, iniquæ indicabit homi-nem.

Quando exiguas has lineas in manus fundo, ut hic apparet, inueneris, totidē breues peregri-nationes, & non nihil lucroſas ſignificabit.

Diutur

Diuturnam uitam, ſecuram, hominem quoq; audacem ſignificat, honoris cupidum & uere-cundum, quãdo hæc uitæ linea, bona fuerit proportione diſpoſita, & boni coloris & æqualis latitudinis, ut hic apparet.

Quãdo ſuperius craſſa fuerit, ut hic apparet, ruralem uitam & beſtialem, hominẽ quoq; præ ſumptuoſum indicabit, præcipue uero quando manus dura fuerit tactu & pelle nigrior.

Quan⸗

Quando paululum in uertice craſſior fuerit, poſt uero attenuet, ſignificat mutabilem & mutabilis conſilij hominem, uagabundum, & ingenij obtuſi, niſi a Martis triangulo adiuuaretur, prout bonitas aut trianguli malitia fuerint.

Quando hæc uitæ linea craſſior inuenta fuerir, et in uertice fortificata, ut hic apparet, acutum & boni conſilij ſignificabit hominẽ, uirtutis amatorem & uerecundum.

Quando

Quãdo fuerit ſubtilis tota & biſurcata in uertice, ut hic apparet, acutum ingenio, uagabundum, mutabilem ſignificabit, ſed ualde aſtutum, & diuerſarum regionum cupidum.

Hominem cum matre iratum significat,& ea causa sanguinis futuram effusionem. Sed si dicta signa & lineæ pallidæ fuerint, non sortietur effectum, erit uero ipse iracundus & superbus.

Si di-

Si dicta in media paſſim fuerint ſpacia inuẽta, quot ipſa fuerint, totidem ſignificabunt homicidia, ſi clauſa quidem ipſa fuerint aliquantulum, totidem uulnera diuerſis hominibus daturum pollicentur.

Morum ſignificat ineptitudinem, diſſolutū, ineptitudinem, ſed inter cæteros præſumptuoſum hominem.

Hominem

Hominem ſine gratia, cum uiris moratis, ſignificabit infortunatũ, niſi a triangulo & menſali adiuuetur.

Si ſubtilis fuerit & pallida, cerebri debilitatem ſignificabit, præcipuę autem ſi in fine curua fuerit, ſed hominem probi conſilij & uirtutis amatorem.

Quando

Quando media non tetigerit lineam prosperitatis, sitq; breuior ut hic, timidum, auarum, sine ratione significat hominem, quicq; sit in carcerem cõiiciendus, & ad uitæ periculũ expositus, ipsis a iudicibus plectendus sanguinis pœna, periculum deniq; perdendi capitis sit subiturus, aut ipsius aliquod membrum.

Quando hæc media tangit menſalem, & ſub medio digito ſecat ipſam, improbum ſignificat hominem, quicꝫ ſit iuuenis moriturus, uiolenta aut repentina morte.

Quando

Quando hæc media ad manus montem accesserit, ut hic apparet, audaciã significat, uitam longam, animi probitatem & hominem timentem Deum, scientiarum amatorem, & ob eam scientiam futurum honorẽ, sed nonnihil rerum parum.

Quãdo hæc media in digitos reflectetur, prauum & imprudentem significat hominẽ, quod si digitum tetigerit, stultum hominem sine ratione, sed audacem & magnanimum significabit, in amicos uero auarũ potius quam liberalem.

Quam

Quando hæc media ad reſtrictam uel propẽ
tenderit, cupidum & auarum hominem ſignifi-
cat, quicq; iure aut iniuria contractus efficiat, iniu
ſte fingens ſub probitatis ſpecie, ob miſericor-
diam cæteris inſeruire.

Quando hæc media manum transierit, ut hic apparet, uitam longam, rerum inopiam, uitam laboriosam denique significat.

Quan-

Quãdo media menſalem attigerit, magnum damnum ſignificat, aduerſitatem, quæ ſi alios ramos non effecerit, & duræ ceruicis hominem, quicq; periculum nullum conſideret.

Quãdo fuerit diſcontinua & tortuoſa, ut hic apparet, ſcelus & furtum ſignificat.

Quando

Quando baſis paululum fuerit tortuoſa & pallida, dolorem ſignificat proximum, aſtutum hominem, ingenio magno, iracundum & decep-
ptorem. Quod ſi criſpitudo affuerit, hominem tardum, flegmaticumq; ſignificat & uitioſum.

Quando triangulus, ut hic apparet, perfectus fuerit, probum significat hominem, uitæ longæ, animi fortitudinem, securum ab amicis, læticiam cordis quoq; significat, fortitudinem & liberalitatem. At si fuerit oppositum, cõtrarium similiter significabit, hoc autem si color inerit perspicuus.

Sed quan-

Sed quando in uitę principio triangulus non adhæſerit, hominem bonas ſocietates deſerere, malas inire, ſœminis delectari, pulchras ueſtes induere, omnibus deniq; rebus iucundum, prodigum, nonnullam paternæ autem hæreditatis partem amiſſurum indicabit.

Quãdo craſſa & rubra in fundo fuerit, ut apparet, hominem ſignificat ſæuum, ſuperbum (ſatis) & animoſum, aſtutum ad iniqua. At quando perfecti coloris fuerit, hominẽ ſummo conſilio, ſubtilem ingenio, amicum, fidelem omnibus, & catholicum indicabit.

Quando eius mensura crassa fuerit & pallida, uilem sanguine, prauo ingenio significabit hominem. Quod si ualde fuerit rubra, indignabundum, iracundum & crudelem indicabit, exigua ratione & regimine.

Bonam

Quando ſubtilis & recta fuerit, ut hic appa-
ret, acuto ingenio, nobilemq; ſanguine ſignifica
bit hominem, & præcipue quando manus per-
cuſſio extrinſecus ſuper gradum fuerit ualde pi-
loſa.

Si fuerit

Si fuerit ut hic apparet, uitæ significat breuitatem, sed magnum scelus, exiguam fidem, nisi & prosperitatis linea & mẽsali adiuuaretur, sed ab animi iniquitate non adiuuabunt.

Si ſes

Si ſeparata aut fracta in medio fuerit, ut hic apparet, in anno xxv. ægritudinem ſignificat, & quemadmodum uerſus reſtrictam & ipſius lineæ fuerit uerticem.

Quando

Quando ſtellæ * * * inuenientur intra uitę lineam, propter ſœminas calumniandum & ui tuperandum ſignificat. Sed quando dictæ ſtellæ extra dictam lineam fuerint calumniam patie⸗ tur, ſed ab ea paruo cum labore liber abitur.

Si una ex dictis crucibus ✝ inuenta fuerit in medĩ digiti aut auricularis medio, unius anni ſpacio moriturum, aut mortis ægritudinem ſub iturum ſignificabit.

Quan-

Quãdo bifurcata ſuerit, hominem in ſenectute maxime catholicum, ſignificat, & in ſtatu gratiæ moriturum, quicq; religionis in eundem uoluntatem habuerit, uel cui affines tale propoſitum ſuaſere, & tamen cum ueſtis habitum non portauerit, ſecreto mentis portabit.

Si tortuosa hæc linea male disposita & non continua fuerit, hominem a bestijs occidendum significat, aut eius mortis magnum sibi immi-nebit periculum.

Si pulchre

Si pulchre fuerit lata & colorata, ut hic appa-
ret, & lætum hominem animoq; fortem signifi-
cabit, sed eiusmodi lætitia ab ingenij procedet
habitudine, animo inquam fortem & consilio,
sed exigua cura.

Quando fuerit, ut hic apparet, ingenij hebitudinem significat, sed aliquatenus malitiosum ingeniũ ad malum perpetrandum, & intellectum iniqua & mala producendi.

Si fues

Si fuerit in fine, ut hic apparet, ferro uulnera inferenda significat. Si huiusmodi fuerit signum ∪ ut hic apparet, dictorum uulnerum periculum significabit.

Hæc ſtigmata..... pulchra & colorata, morum bonitatem ſignificant, apprehenſiua uirtute prædituм, ſed minime iudicatiua, ornatum moribus, uerecundum, honeſtum in cibo & omni ſuo opere.

Quando

Quando capitis linea tendit ad menſalem, ut hic apparet, hominem ſparſurum ſignificat ſanguinem, ſuum quoq; effundendum, maledicū, neq; aberit a periculo mortis ſibi inferendæ.

Quando mensalem cum uita, cum capite, & cum basi trianguli coniunctam inueneris, ut hic apparet, adeo magnum homini periculum imminere significat, ut cum uita mortem commutare cupiat.

Quando

Quando huiuſmodi paruæ lineę in triangu
principio inueniẽtur, ut hic apparet, hominẽ ſi
gnificat deceptorem, detractorem, uitiis repleo
tum, ingenio acuto, cum uerborum blanditiõ

Quando parua hæc linea tranſiens inuenta fu
erit, ut hic appareat, hominem ueneno moritu-
rum, aut inopinata pœnæ morte, ſignificabit.

Quando

Quando triangulus eſt paruus, & bona pro-
portione diſpoſitus, hominem ſignificat ſuper-
bum, iniquitate plenum, auarum, ſagacem, lin-
gua celerem, & nonnihil rebus inopem, ſed labo
rioſum, multis in negocijs cum tedio & labore,
niſi ab alijs lineis adiuuaretur.

Quãdo uitæ lineæ & media infra medium digitum coniunctæ fuerint, ut hic apparet, uitę miseriam, animi prauitatem, auaritiam, & ingenij subtilitatem in acquirenda pecunia iniuste, solicitudinem, hominem quoq; nemini fidentem significabit.

Quando

Quando inuenientur hæc ſigna, ut hic appa-
ret, ob fœminas totidem hæreditates aſſecuturũ
ſignificat, quot fuerunt ipſa ſigna.

Quãdo in manus curuitate angulus fuerit altus, ut hic apparet, auaritiam & rerum desperationẽ significat, ab omni denicq; spe absolutum.

Quando

Quando ſimplex aut duplex crux hæc inuenta fuerit, hominem liberalitatis pœnitere, uitæ quoq; proſperitatem, ſed rerum diſpenſatorem ſignificat.

Quando duæ illæ rimulæ inuenientur, quæ non contingant, ut hic apparet, hominem significat ebrium & uinosum.

Quando

Quando inuenietur hæc crux, ut hic appa-
ret, hominem significat discordem & ualde im-
probum, cuius uerba & detractiones effunden
di sanguinis causam præstabunt.

Quando hunc angulum, reſtrictam uerſus, acutum inueneris, ut hic apparet, cordis bonitatem & ſanguinis, fortitudinis quoq; uirtutem, hominem denicq; magno ingenio, eoq; magis, ſi coloratus fuerit.

Quando

Quando hic augulus inferius fuerit obtuſus ut hic apparet, lateq; fundatus, malam ſignificat diſpoſitionem, ingenñ hebitudinem, inertiam, negligentiam, & ſua ad negocia pigritiam maximam.

Quando infra indicem acutum fuerit, ut hic
apparet, ingenij acumen, bonam dispositionē,
mediocrem solicitudinem ineffabilem uitam,
probum scilicet uirum, & iusticiæ amatorem.

Si inuenietur quod inferius non contingat, & si acioſus fuerit, ut hic apparet, animi ſignifi-cat malignitatem, abſq; fidei firmitate atq; con-ſcientia.

Quando ſuperius hic angulus nō tetigerit, ut hic apparet, hominem ſignificat impurum, & ſi bimetipſi impatientem, taſtidioſum, crudelem, murmuratorem, perfidum, debitorem, ſine laude loquentem, infidioſum, detractorem, prodigum, audacem & beſtialem. Si minimæ fuerit conditionis, ſemper erit ſeruus, & ſi fuerit liber in captiuitate, et miſeria uita moriturū ſignificat

Quando

Quando angulus ſiniſtræ decenti fuerit pro-
portione diſpoſitus, ut hic apparet, intellectus
bonitatem, ſignificat hominem q; probe ſentien
tem, diuturnæ uitæ, iuſtitiæ atq; iuris amatorē.

Sed quando angulus ſiniſter fuerit, ut hic ap-
paret, deceptorem, malitioſum, cauillatorẽ ſig-
nificat, quicꝫ libenter litibus delectetur cum co-
gnatis & alijs hominibus, angulum dico qui ba-
ſis eſt & mediæ cauſa.

Quando

Quando retæ inueneris, ut hic apparet, *im*o probum hominem significat, sed bono exitu fœlicem. Sed si in fine retis crux ✠ inuenietur, ut hic apparet, huiuscemodi hominis malitiam diminuit.

Verum quando prædictum ſignum inuenie
tur in principio anguli, ut hic apparet, proximã
unius anni ægritudinẽ ſignificat, longiorem aut
breuiorem prout color indicabit.

Quando

Quando inuenietur crux ✝, ut hic appareat, brachiorum significat fortitudinem, cordisq; superbiam. Is regiones multas perquirer, hoc accidit quando rubra fuerit, & huiusmodi anguli in crucis similitudinem, & si fuerit miles, suo in statu augmentabitur.

Quãdo baſis flexuoſa fuerit, angulusq; uitę alior, ut hic apparet, pauperem rebus & animo debilem, & quando ſenectuti appropinquabit, ab alijs ex inopia & rerum paupertate adiuuabitur.

Quando

Quãdo duo rami inuenientur a uita naſcentes, & per triangulum hoc modo tranſeuntes, poſt aduerſa proſpera uentura ſignificat. Notandum uero quod huiuſmodi rami ſunt partes lineæ proſperitatis, qui cum uitæ linea uniuntur, & in ramorum ſpeciem egrediuntur.

Quando inuenientur huiuſcemodi rami, ut hic apparet, paternam facultatem amiſſurũ ſignificat, aut hominem exulare, & cum affinibus litigaturum, illorum nõ propria culpa, talis eſt enim cui lites & diſcordiæ diſpliceant.

Quando

Quando inueneris tres ramos proſperitatis qui uitæ lineæ coniungantur, quicꝫ poſtea cum baſi trianguli adhæreant acutum ingenio, animo fortem, iuſtitiæ amatorem & probum ſignificat. Quando menſalis cum mediæ linea innodabitur, malo ſignificat homine mingenio, calumniatorem, homicidam, effundendi ſanguinis auidum, & eo magis quando media infra uitæ lineam initium habuerit, ut hic apparet.

Quando interciſam inueneris, ut hic appa-
ret, labores & anguſtias cum principibus ſignifi
cat, adeo quod partem ſuæ ſubſtantiæ ſit amiſ-
ſurus.

Quando

Quando inueneris menſalem quæ inter me-
dium & indicem deſinat, ſitq; tenuis, ſanguinis
fluxum ſignificat, uerum ſi craſſior fuerit, uulne
ra ſignificat in capite, ſi rubra fuerit, in pectore,
in fœmina ſubtilis menſtruum ſignificat, ſi craſ-
ſior, partu morituram. At quando medio pro
xima eſſet, fluxum ſignificat: pectoris, quando eſt
in medio; capitis, quãdo indici proxima fuerit.

Quando inueneris ramum a menſali abeuntem,& ad medium accedentem,anguſtias & labores ſignificat. At ſi florida in fine fuerit,ut hic apparet,lucra ſignificat,& fabricæ deſiderium, per ſe tamen non poterit,niſi ab alijs adiuuetur, uel pro alijs id efficiat,non pro ſe.

Quando

Quando duo rami a menſali & ad auricula-
rem flexuoſi abeunt, hominem ſcientiarum aui
dum ſignificat, & uitiorũ fugacem, ſed pauper-
tate, ſcilicet paupertate a ſcientia repelletur, pe-
cuniarum difficultate, ut eam aſſequi nõ poſſit.

Quando crucem inueneris, ut hic apparet, ab ea rimula interciſa, ſignificat inimicitiã, & quot fuerint, totidem ſignificabit. At ſi fuerit interciſa, ut hic apparet, affiniũ inimicitiam ſignificat.

Quando

Quando ſupra Mercurĩ montem ſimile ſignũ inueneris, ut hic apparet, amicos ſignificat, quod ſi fuerit interſectum ab alijs lineis, quot ipſæ fuerint, totidem ſignificabit amicos.

Quando inueneris lineam quæ menſalem' di uidat, abeatq; a menſa manus & crucem ✝ in contractu habeat, ut hic apparet, uiolentam ſignificat mortem diuitiarum ſuarum cauſa, uel iniuſte damnandū paternæ hæreditatis gratia.

Quando

Quando inueneris lineam quæ abeat a uita, & uersus medium diuidat mensalem, miserabilem mortem, & ob sua fortasse facinora significabit.

Quando inueneris mensalem, quæ lineam supra se habeat, hominẽ perfidos habere amicos significat, omniaq; cum difficultate acquisiturũ, uitam uero longam. At si maximum uersus ramum fuerit, locupletem significat futurum. At si una uel duæ lineæ fuerint ramosæ in palmæ speciem, a principio ad finem honorẽ & rerum augmentum significat, & præcipue ultra mediam ætatem.

Quando

Quando ínueneris manum quæ ramum a menſali abeuntem & ad mediũ tendentem habuerit, hominem ſignificat audacem, magnanímum, & timentem Deum.

Quando inueneris menſalem quæ conſpicuas & pulchras habeat puncturas, ordine ſuccedentes, nec̃ lineam egrediantur, ſicut etiam colorate, ſignificant continentem, probum, fidelem, quic̃ Deum timeat. At ſi mutato colore & inordinatæ fuerint, oppoſitum ſignificabitur.

Qñ ſupra Mercurij monte rimulas, ut hic apparet, inuen eris, totidem ſignificat filios. Et ſi aliqua fuerit longior & ſplendidior cæteris, talem ſignificat ſapientiſſimum filium ingenio quoq; atq; fortuna proprium parentem ſuperaturū.

Quãdo inueneris quaſdam lineas rectas a me
dia abeuntes,& ad menſalem tendentes infra di
gitum medium,hominem pene futurum homi
cidam ſignificat. At ſi fuerit linea abiens a men-
ſali,ad mediamq; tendens, infra digitum medi-
um,huiuſmodi pœna interficiendũ ſignificabit.

Quando

Quando inueneris lineam ſemicircularem, quæ inter medium & indicem incipiat, deſinatq; inter minimum & annularem, honorumq; lineam ſecet, honorum priuationem ſignificat, aduerſitatem quoq;, & præcipuæ carceris.

Quando inueneris exiguam quandam lineam, quæ inter medium et indicem oriatur, tendatq; indicem uersus, hominem alios in carcerem compulsurum significat. Quando fuerint duæ paruæ lineæ in percussione, ut hic apparet, hominem a bestijs mordendum significat, præcipue a canibus, quando fuerint oppositæ manus percussioni.

Quando inueneris lineas ſupra minimi mon tem, ut hic apparet, totidem ſignificat matrimo nia, quot fuerint ſupra montem lineæ aſcenden tes. At ſi circumflexe fuerint, impedita fuerunt, aut impedita erunt matrimonia. Si autem fue- rint lineæ quæ tranſuerſum extendantur, ut ap paret in infima, hominem captum amore cuiuſ dam fœminæ, & ligatum ſignificat.

Quãdo inueneris manum inter ſignatam, ut hic apparet, in menſa manus, hominem in iuuentute anguſtias paſſurum ſignificat, uſq; ad annos xxiiij. Si menſalis fuerit in capite ramoſa, ut hic apparet, hominem ab huiuſmodi liberandum ſignificat. Quod ſi fuerint cruces ✝ homiñe uſq; ad crucem laborioſum ſignificabunt.

Quando

Quando rimulas inueneris a menſali abeuntes, ad mediamq; tendẽtes, ut hic apparet, tot homicidia, quot lineæ fuerint, ſignificabit. Verum niſi utræq; lineæ applicatæ fuerint, hominẽ optaſſe homicidium ſignificat, ſed minime effeciſſe, quod ſi rubeæ fuerint, proxime futurum ſignificabit.

Quando inueneris menſam manus in medio tortam cum hac cruce ✠. aut alijs ſignis, latam uero percuſſionem uerſus, hominem ſignificat quammaxime auarum, quicq; per fas & nefas diuitias comparare uelit, idcq; ſimulet cum probi-ratem diſſimulet, præcipue cum media biſurca-ta fuerit duabus cum rimulis ſuperne exiguis.

Quando mensalis latior fuerit & spacioſior, ut hic apparet, hominẽ significat liberalem, dominiumq; nimia credulitate passurum. Quãdo fuerit media bisurcata, hominem catholicum significat & liberalem, quicq; Deum timeat & iusticiam colat.

Quãdo inuenietur una linea quæ a uitæ linea naſcatur uerſus Iouis montem, unamq; aut plures faciat, cruces ✝ hominem huiuſmodi honores & diuitias habiturum, & clericum ſignificat, eoq; magis ſi inuenietur ſtella ✳, ut hic apparet, & ſi media fuerit bifurcata, hominem religioni deditum, ſupple, quod ſi religioſus fuerit, magnam obtinebit dignitatem.

Quando inueneris quaſdam in indice rectas lineas, quæ inter primũ & ſecundum modum contineantur, quot ipſe fuerint, tot ictus in capite ſignificabunt, & etiam quando menſalis applicabitur inter indicem & medium. At ſi non attigerit, ictus quidem pollicentur, ſed mortales non erunt, ſed ſi non attigerit utramq; iunctu-ram, ictus capitis, non tamen ferro inferendos ſignificabit.

Quando inueneris lineam, quæ inter indicẽ & medium naſcatur,& curuata in medij nodũ tendat,propriũ carceris ingreſſum, at ſi in menſalem tenderit,haud proprium ſignificabit. Sed ſi ab exigua linea ab indice naſcente fuerit interciſa,ut hic apparet,eam rimulam carcerem impedituram ſignificat,& ipſo ex carcere ſignificat egreſſum.

Quando inueueris ſupra Solis montem lineam a menſali abeuntem quæ ud annularem tendat, honores ſignificat, potentemq; homini amicitiam. Verum ſi eſſet incerciſa, ut apparet, inimicos talem opprimere uolentes, ſed parũ nocebunt. At ſi dicta linea interciſa fuerit ab una linea a menſali exeunte, hominem ſupple calumniandum, ſed cum difficultate liberandum.

Quot lineæ ſupra menſalem fuerint, totidem ſignificant ægritudines in prima ætate, ſed minime letales. Cunctę huiuſcemodi lineæ e diuerſo mediũ fuerint, media in ætate ſignificabunt, at quando indicem uerſus, in ſenio eas demonſtrabunt futuras.

Quando in fine menſalis fuerit tenuis, ut hic apparet, rerum dominum ſignificat, & quando bona radice, bonoq; colore fuerit, rerum ſignificat in ſecunda ætate reſtaurationem.

Quando menſalis ramū unum, indicem uerſus habebit, & altum uerſus medium, fueritque obtuſa, ut hic apparet, hominem a fortuna adiuuandum ſignificat, rem quoq; proprio labore comparaturum.

Quando inuenietur menſalis quæ finiat in tri bus locis, ut hic apparet, hominem litigioſum ſignificat, quod ſi fuerit pallidæ, miniunt ſignificatum, quando autem boni coloiis fuerint, talem effectum demonſtrabunt.

Quando inueneris mensalem duobus cum ramis, unum ad indicem, alterum ad medium, acutum denotat ingenium, ad acquirendam rerum copiam, idoneum simulatorẽ, & quo magis in capite tenuis fuerit, tanto erit peior.

Quando inuenietur menſalis quæ in radice, aut prope ipſam diuidatur, duoſq; efficiat ramos, unum ad indicem, alterum ad mediũ, hominem ſignificat nihil cogitantem, guloſum, quique ob fœminas infortunium patietur. Verum ſi non frangeretur, ſed recta iret ad medium, uitam periclitandam ſignificat, ipſum quoq; auarum, deceptorem, perfidum..

Quando menſalis manum permeabit, ut hic apparet, hominem ſignificat iracundum, crudelem, patri & cuicunq; inobedientem, & peruerſa uoluntate in proprium ſanguinem ad homicidium, beſtialem, ſuperbum et diſcordem in uxorem & liberos, minuit uero talem malitiam ramus mediæ.

Quando in principio ramoſa fuerit, in paupe re rerum affluentiam, & quo magis extendun̄ tur rami, eo magis in ſenectute, ſed niſi extendan tur ceſſabit.

Quando menſalis fuerit inprincſpio ramoſa atq; obtuſa, ut hic apparet, ægritudinem in ſexu hoc eſt, teſticulis & genitali membro ſignificat, aut podice.

Quando

Quando linea uitæ & menſalis coniungen-
tur, facientq; angulum, & media nõ inuenitur,
duræ ceruicis hominem ſignificat, beſtialemq;,
ſed mortis periculum imminere, & præcipue
ad trigeſimum uſq; annum, & cũ patre aut ma-
tre, aut uxore diſcordiã habebit, & ob eam cau-
ſam poſtremam deſperationẽ in homine com-
minabitur.

Quãdo menſalem exigua cum foſſicula in fine, ut hic apparet, inueneris, hominem religioſorum uiolatorem & puerorum ſtgnificat, & ægritudinem in partibus genitalibus patietur.

Quando menſalis biſurcata fuerit, hominem anxium ſignificat, & laborioſum uſq; ad annũ xl. poſtea reſ ſuæ augmentabuntur, & ceſſabũt moleſtiæ.

Quando honorum linea interciſa fuerit et diſcontinua, & quod nonnullæ rimulæ eam intercidant, huiuſmodi aufugiet dominos, ſubibit namq; uitæ admittendæ periculum, & eo magis quando dictæ lineæ pallidæ ſunt. Quando rimulas ab auriculari exeuntes inueneris, ſintq; boni coloris, percuſſiones uel impedimenta & infirmitates in brachijs, ſignificat, & præcipue quando bene coloratæ fuerint.

Quando a prima minimi iunctura, ad ſecundam profundas lineas inueneris, attingentes ab una ad alteram iunctură, totidem in cruribus percuſſiones ſignificat, niſi fuerint interciſæ, ſed niſi tetigerint non erunt cruentæ. Quando mons Mercurij ſignis huiuſmodi obſignatus fuerit, hominem magno ingenio, ſed corde prauo, literis deditum, ſcientiarũq; amatorem ſignificat.

Quãdo menſalis duos ramos efficiet, unum in medio montis indicis, & alium ad uitam, hominem ſignificat eccleſiaſticum, longæuum, & ex clericatu bona multa habiturum.

Quando in medio digiti fœminæ, lineam nigram & profundam inter ſecundam & tertiam iuncturam inueneris huiuſmodi, ſignificat meretricem. Sed ſi non eſſet nigra & diſcontinua, uoluntate, non effectu ſignificat. Sed ſi fuerit ſubtilis, nõdum corruptam ſignificat. Si autem fuerint plures lineæ ſubtiles, caſtiſſimam ſignificat, quod ſi forte fuerit meretrix, id uiolenter fuiſſe demonſtrabit.

Quando in uiro aut fœmina inter ſecundam digiti medĩj, tertiamq; iunctu-ram lineas æqua-les, ut hic apparet, inueneris, tot filios ſignificãt, quot ipſæ fuerint. Quot lineas in fœmina inue-neris a prima annularis iunctura ad ſecundam quæ ſint recte & pulchræ, totidem maritos ſig-nificat, fœminam habituram.

Quando

Quando huiuſmodi lineas in digitorum ſummitate inueneris, ſubmerſionem ſignificat in aqua & uitæ periculum, in quolibet digitorum quando fuerint conuenienti proportione diſpoſitæ, ut potes uidere.

Quandoinueneris inter pollicis iuncturas, duas lineas extensas, & bene coniunctas, hominem significat lusorem, sed ob ludum uitę periculum adibit, fortasse & raro lucrabitur, sed si fuerint disiunctæ & flexuosæ, damnū patiet a furibus.

Quando inueneris duas lineas, infra pollicis iunctu-ram, magnam significat hæreditatem, sed si sola fuerit, exiguam significabit hæreditatem, sed si ualde apparentes fuerint, hæreditatem significat, sed cum lite & controuersia.

Quando inueneris manum, quæ intrinſecus infra ſupremam compagem habeat lineas duas ſecum coniunctas, aquæ periculum ſignificat. Sed ſi nigræ fuerint, iam euaſiſſe ſignificant, ſi au tẽ pallidæ, aut in puericia fuiſſe, aut id ſero euen turum ſignificabunt. At ſi extrinſecus fuerint, ig nis damnum minabuntur.

Quando inueneris primum pollicis articulum, qui habeat lineam sibi adhærentem, intrinsecus ab indicis parte, talem suspendendum significat, & eo magis quando a mensali præsentem lineam descendentem inueneris, ut apparet, uerum si extrinsecus dicta pollicis linea coniungeretur intrinsecus uero minime, capitis assumptionem minatur, quod si circunquaq; ambiet, suspensionem indicabit.

Quando inueneris ſuperne lineas, ex parte auricularis, tot filios notos ſignificat, quot ipſæ fuerint, & ſi tortuoſæ fuerint, mortuos aut ignotos ſignificat.

Quando menſalis curuabitur, & cadet inter medium & indicem, ſemper ſanguinis effuſionem quoquo modo ſignificabit, ut alibi copioſe diximus.

Quando huiuſmodi lineis pollicis montem inueneris, hominem ſignificat uenereum & libidinoſum, & ea cauſa affinium perdet amorem, & cum ſuis ſuperioribus in diſcordiam incidet. Quando inueneris duas lineas prope unguem, pulchras & apparentes, rerum copiam & ampliſicationem ſignificat, etiam ſi fuerint implicitæ, Sed ſi eſſent diſiunctæ, debiles & pallidæ rerum copiam amiſſurum ſignificat, uel domo pellendum ne eam poſſidere queat.

Quando in manu intra lineam uitæ, unum ſignum inuenietur, inimicitiam magno cum uiro ſignificat, & ſi tetigerit, ut hoc, damnum ab eo aliquod ſignificat inferendum.

Quando

Quando inueneris manum, quæ tribus cum ramis rimulam habeat, ut hic ſignum eſt, talem odio haberi a potenti uiro ſignificat, ſed id aſtute faciet, diſſimulans amicitiam, et cæteros ad nocendum ſtimulabit, ſed parum nocebit, neq; illum uerebitur aut ſua nocumenta.

Quando inueneris duas rimulas ſupra uitæ lineam iacentes, ſintq; coloratæ, ut hic, cum proximis cognatis diſcordiã ſignificat, quales ſunt fratres, cõſobrini, aut uxoris fratres, uel matris.

Quando inueneris duas lineas iacentes, quem admodum hic apparet, hominem significat ignem damnum aliquod perpessum, aut proprio corpore læsum.

Quando inueneris fœminam, quæ palmam manus breuem habeat, & digitos longos, magna cum difficultate parituram significat, & hoc ob modicam uuluæ fissuram.

Quando inueneris manum parum longiuſ-
culam, ſintq; digiti craſſiuſculi, hominem ſigni-
ficat lentum, tardum, pigrum, & phlegmaticæ
complexionis, uir tamen eſt probus, & mode-
ſtiſſimus.

Quando inueneris manum palmam oblongam, digitosq; laudatæ proportionis, neq; mollem tactu, sed duram potius, hominem uaria in mala ingeniosum, & præcipue furem, nonnihil & uitiosum significat.

Quando inueneris quempiam, cui ſit concaua ſolida, & articulis probe compacta manus, uitæ longitudinẽ ſignificat, ſed multa hominẽ malitia præditum. Quod ſi non eſſet commode articulata, præ ſe fert uitæ breuitatem. Sed talis quocunq; potuerit modo in accumulanda pecunia inſudabit.

Quando inueneris manum longam, ſubti-
lem, & bene proportionatam, iuxta corporis
qualitatem, ac boni coloris, bonis moribus prę
ditum ſignificat, uitæ longæ futurum, & iuſticię
amatorem, quicę amet, colat ac timeat Deum.

Quando inueneris manum, ad corporis habi tudinem breuiſſimam, hominem ſignificat ca- uilloſum, ſagacem, & qui uerba ferre non poſſit, ſed fortem, inq; brachijs potiſſimum.

Quando inueneris aliquem, cui ſit manus ad totius corporis quantitatem breuiſſima, digiti quoq; nimium breues et craſſiores in uertice, ibi que latiuſculi, ut geminorum corniculorũ ſpeciem faciant, hominem ſignificat tranſgreſſorẽ, furem, inſidiatorem, omnicq; repletum nequitia, tantoq; magis, quo fuerint in uertice digiti latiores.

Quando palma manus fuerit propria propor
tione longior, digitiq; ut breuiores ita crassio
res, pigrum significat hominem, stultum, superá
bum, & eo magis si in percussione largior ma
nus fuerit.

Quando inueneris quempiam, cuius prę lon gæ ſint, magnæq; manus, eiuſmodi liberalem ſignificant ac probum, aſtutum quoq;, magno ingenio, & bono conſilio præditum, in amicos poſtremo fidiſſimum.

Quando inueneris quempiam, cuius in manu sint adeo coniuncti & adhærentes digiti, ut uix aer permeare queat, ut in præsenti figura ostenditur, hominem significat curiosum & sollicitũ omnibus suis in negocijs, pro se quidem nõ pro cęteris ostendit. Quod si longiores essent digiti, auarum & malignum, & nõnihil bestialem ostenditur, cuius astutia in malum potius quam in bonum conuertetur. Is existimans uitia uirtutes, sese bonum iactat, cum sit potius belua censendus.

Quando inueneris aliquem, cuius digiti in dorſum manus uergant, eum ſupple iniuſtum, ſubtilem, ingenioſum, tantoq; magis, ſi digiti ipſi oſſei fuerint, ita ut ſicci quodammodo, hoc eſt, tactu duri uideantur. Augebitur ſignum, quando lineæ in articulorum compagibus, farinacei fuerint aſpectus, neq; palluerint. Sed ſub ſpecie inſeruiendi proximis, eiuſcemodi rapina erit in conficiendis contractibus cum illis, potiusq; calamo quam manu furabitur.

Quando inueneris quemquã, cuius digiti in ſupremo articulorum ordine retrouertantur, ut hic uidere licet, hominem ſignificat inuidum, ſed potius ad bonum, quod ſecus, & qui uirtutes amet, uitia uero odio habeat.

Quando inueneris quempiam, cuius digiti fuerint diſperſi, & in articulis groſſiores, atq; inter ipſos articulos interualla gracilia, & uelut ſubſtracta carne ſicca uideantur, miſeriam & pauſpertatem ſignificant. Sed eiuſmodi homines loquaces, ſub ingenij ſpecie poſtremam ſubeunt inopiam, cum ſibi nimium ſapiant, & præcipue ſi ipſorum articulorum plicæ ſint pallidæ, aut farinacei aſpectus. Verum ſi boni eſſent coloris, uirum probum, iuſticiæ ac uirtutis amatorem indicarent.

Quando

Quãdo inueneris aliquem, qui ſimul digitos percutiat ac ſi tympano pulſare uelit, uaria hominẽ cogitatione & animi ſuſpicatione, acuto ingenio, ingentiq; prauitate ſignificat,

Quando inueneris aliquem, qui inter loquendum cum aliquibus, cõsueuit percutere manus, neq; possit abstinere, & eiusmodi animo imperfectum & passioni obnoxiũ significat: & ipsum ideo facit, quia opinatur animi passionem qua affligitur, sibi ab alijs non credi, est tamen probus uir & amicorum studiosissimus.

Quando inueneris quempiam, cuius manus modeſte contremiſcat, dum porrigit eam, ut aliquid accipiat, ſignum eſt hominis ab ira uelociter redeuntis, probæq; naturæ, amantis honores, timentis Deum & pudorem, tametſi in primo motu ſit aliquantulum cholericus.

Quando inueneris hominem, qui quando comedit mouet os, & porrigit ad manum uel ad cibum, quem manu tenet, talem guloſum & prauis moribus prędituꝫ ſignificat, malo ingenio, diſcordem cum cæteris & iracundum.

Quando inueneris quempiam, qui dum ambulat clauſas manus tenere conſueuit, mouens brachium, hoc eſt, ultro citroꝙ deducens, eum ſignificat impetuoſum, & uarias ad res cogitabundum, ut interdum propriæ uitæ obliuiſcatur.

Quando inueneris hominem, pollicem inter alios digitos tenentem, huiusmodi auarum esse significat, & qui per fas & nefas uiuere uelit.

Quando inueneris hominem qui manus supra zouam, uel in sinu tenere soleat, aut aliquando ad zonam, aut post terga tanq̃ essent ligatæ, aut sub zona, aut ante, aut retro spaciando, hic adeo probus est, ut nihil melius dici queat.

AD LECTOREM.

OPORTET linearum quæ sunt in manibus rationẽ habere, Nam sinistra manus suas efficit lineas, a uirtutibus & potentijs cœlestibus procedentes. Qua in re, chare lector, est aduertendũ, ut sinistrę lineas, dextræ lineis, non esse similes, neq; etiam ita perfectas aut conspicuas. Cum autem simul conformes inueneris, scias indubitãter, affectum produci in bonum aut malum. Si autem difformes fuerint, neque simul debitam habuerint conuenientiam, superiores cœlorum potentias magis fauisse illi parti, ubi perfectiores reperiuntur lineæ, iudicato: siue illud in dextra, siue in sinistra fuerint manu. Sinistra eas in conceptionis hora, dextra uero in natiuitatis momento producit, tunc iudicium tuum, ex lineis in sinistra existentibus, efficito. Aut si sunt scœuolæ, in dextra, quia sinistra pro dextra manu utuntur. Vale.

ARGENTORATI APVD
Georgium Machæropœum,
Anno. LI.



06.6.II 614
Biblioteka Uniwersytecka Stara Książka w Toruniu
BIBLIOTEKA KLASZTORNA

K. 206/50.

os et vocabit oés iudicandos: que
ocatio erit. vt discernãtur pij
b impijs ne vlteri9 sicut hic con
usis bitatoibus misceantur.
Prophetа videns futura tãq̃ pſen
ia exultãs exhortatur ãgelos exe-
utores diuini iudicii dicens. Con
gregate dño xpo: sanctos eius
os. s. qui postpositis legalib9 rec
o ordine nouum testamentũ
sequũtur ope adimplentes ea q̃
n testamenti serie cognouerit facié
da. Domin9 manifeste veniet
ad iudiciũ qm̃ annunciabũt viri

talia sacrificia nõ sũt mihi accepta
Mõ accipiã dico q2 non indigeo eis
et si indigerẽ nõ q̃rerem a te. Dm̃
mee sunt oẽs fere siluarũ: iu
menta et boues que pascũtur
in montibus. Cognoui omia
volatilia celi de q̃b9 solebãt fieri
sacrificia vt sunt turtures columbe
et cetera et vbertas omniũ que
terra gignit mihi seruit Et si
ita esset q̃ ego esurirem qđ ẽ im-
possibile ñ oportez q̃ a te aliq̃d pe
terem me9 enim est orbis terre
et plenitudo eius. i. oés creature

te diabolū sub q erat boies añ ad
uentum xp̄i cum accepit me de
p̄senti vita. ¶ Ex q̄ sic mali pibūt
et domin⁹ iustos redimet alloquit
ppheta vnūquēq; fidelem: o homo
Ne timueris vt velles desistere
a via virtutis. cū videris malos
p̄sperari ⁊ florere in sec̄o q̄m non ē
magnū q̄ diues fact⁹ sit homo
peccator: ⁊ q̄ multiplicata fue
rit gloria domus ei⁹ in pentib⁹
in prole et in bonorib⁹ ⁊ possessioni
bus. Q̄m cū interierit non su-
met secū aliqua ō bis q̄ hic posse
dit nec descēdet cū eo infernus

vtroq; aduentu christi.

Deus verus et nata
et substātialr deus d
deorum .i. scōrum de
catorū per gr̄am q̄ etiā est domi
dominātius locutus est p se in h
manitate assumpta ⁊ p p̄conē suc
qui olim multipbariā in ppbetis
q̄bat et vocauit ad fidē suā vi
uersos hītatores terre p se
ap̄los q̄s misit in mūdum ad docēc
omnes gentes. ¶ Vocauit q̄de
omnē terram. A solis ortu vsq
ad occasum et incepit ista vocari

...videris et videris malos
...sperari et florere in seculo quā non ē
magnū q̄ diues factꝰ sit homo
peccatoꝝ: et q̄ multiplicata fue
rit gloria domus eiꝰ in pentibꝰ
in prole et in honoribꝰ et possessioni
bus. Qm̄ cū interierit non su-
met secū aliqua ō bis q̄ hic posse
dit nec descēdet cū eo infernuz

...dominātiuz locutus est p se in h
...manitate assumpta et p p̄cones su
qui olim multipharia in ppbetis
q̄bar̄ et vocauit ad fidez suā v
uersos hītatoꝝs terre p se
aplos q̄s misit in mūduz ad docēc
omnes gentes. Et vocauit q̄de
omnē terram. A solis ortu vsq
ad occasuz et incepit ista vocari